STACY
RESERVE

A 480982



GIVEN BY
William Gray Esq.

OPVSCVLVM

DE BALNEIS PVTEOLORVM BAIARVM, ET PITHECVSARVM.

A IOANNE ELISIO Medico inſtauratum.

NVNC DENVO A SCIPIONE MAZZELLA Neapolitano recognitum pluribus rebus auctum, & illuſtratum.

Cum additamentis auctorum omnium, qui hactenus de his ſcripſerunt.



NEAPOLI,

APVD HORATIVM SALVIANVM.

M. D. XCI.

ILLVSTRISS. D.
OMNIVM DISCIPLINARVM genere ornatiſsimo Ioanni Columnæ.

Scipio Mazzella S. P.

ANTA eſt magnitudo tuorum erga me officiorum; vt niſi aliqua ſaltem ex parte tibi ſatisfacere incipiam, vitam mihi eſſe permoleſtam putem, qua propter cum Balnea illa, quæ ſunt Puteolis, Baijs, & in inſula Inarime à me aliquantulum illuſtrata in lucem euulgare conſtituerem, coniuncta opuſculo huic, quod de Puteolanis antiquitatibus hinc inde collegi, volui vt ſub tuo nomine in manus hominum venirent, & quamuis labor hic noſter perexiguus ſit, nec reſpondeat tot, tantisque tuis meritis, tuarumque virtutum ſplendori, nolui tamen committere, vt in meis ſcriptis, (qualiacumq; illa ſint) te tacitum præterirem, eloquentioribus me relinquens onus, & prouinciam cele-

brandi rāras ānimi tui dotes quantumq; excellas in cunctis disciplinis, & philosophicis, & mathematicis, prætereo nunc liberalitatem, clementiam, humanitatem tuam, & in cunctis rebus admirandam dexteritatem, quibus ad amplissimos honores, & dignitates meritò esses euehendus, sed fortuna parum quandoque hominibus virtute præstantibus fauere solet vt peripateticorum principis est sententia. Vnde si quemadmodum nunc tantopere te omnes admirantur in sublimiori honoris gradu constitutum cernerent, magis magisque profectò te susciperent, dum quanta esset tua virtus, facilè cunctis pateret, sed finē facio, si illud abs te prius contendero, vt me tibi addictissimum amare non desinas, Vale Grecarum, Latinarumque litterarum decus ac meliora si Deus annuerit aliquando expectes Neapoli Idibus Februarij CIↃ. IↃ. XCI.

SCIPIO MAZZELLA
candido, curioſoq; Lectori S.

CVM hæc Puteolanæ vrbis monumenta pararem, incidit in manus fortè meas libellus quidam ſitu, carièque iam pœnè conſumptus de Balneis Puteolanis à Ioanne Eliſio medico inſtauratus & in lucem editus, cumque in eo nonnullos vetuſtæ editionis errores annotaſſem, illos, vt potui corrigere atque emendare ſtudui, paucis omnino immutatis. Addere præterea volui ad iucundiorem omnium lectionem veterum ſcriptorum teſtimonia, quos de his Balneis ſcripſiſſe, aut meminiſſe comperi, vt maiorem hæc apud cunctos auctoritatem haberent. Per lege igitur hilari fronte, amice Lector, vetuſtiſsimum hoc de Balneis opuſculum: deſcriptioni, huic noſtræ rerum Puteolanarum tempeſtiuè inſertum; laboremque hunc noſtrum, & ſi puſillum, gratum tamen vtmihi perſuadeo, curioſis, & vniuerſis, etiam ob balneorum ſalubritatem cognoſcendam admodum vtilem; boni quæſo, conſulere velis.
Neap. Idibus Nouemb. M. D. XCI.

Dū renouas longis monumenta tot obruta ſeclis
Illuſtrans patrios, Chalcidicosque lares,
Mazellæ decus & nomen nulla obruet ætas,
Viues nam ſcriptis clarus in orbe tuis.

Eiuſdem

Scire ſalutiferas vires qui exoptat aquarum,
Priſca Dicarchæi quas habet ora ſoli,
Quas habet Inarime flagranti impoſta Typhæo
Inſula Campani delitioſa maris.
Hæc monumēta legat, diſtinctaq; balnea cernet
Balnea morborum quæ genus omne fugant.

ΠΥΤΕΟΛΙΤΩΝ

Additio.

Dicæarchia.

PVteolos antea q̃ bello Italiã Annibal laceraret, Dicæarchiã a iusto imperio, quo eius respublica florebat, dictõ fuisse, & à Cumanis cõditã, eorũq; fuisse emporiũ, Strabo, Plinius, multiq; alij auctorũ prodiderũt. Cumani vrbis siræ vti antiquissimę originẽ e Grecia, arq; Euboia insula a Chalcidensibus, Chalcidenses ab Athenien sibus repetunt: quo & Puteolanorum numismata spectare credibile est, quæ Apollinis Οὐλίου (vt de ipsa ciuitate diximus) faciem aduersa, Minotaurũ auersa parte exprimunt. Cererùm quum Dicæarchia emporium tempore belli eius, quòd Annibal cum Romanis in Italia gerebat, frequentari cœptum esset, Q. Fabius ex Senatus auctoritate illud communijt, & præsidium ei imposuit, mutatoque nomine, Puteoli deinceps vocari cœpit, idque siue à puteorum quibus ager eius abundabat, frequentia, siue, ut nonnullorum est opinio, à putore aquarum, & aeris, sulfureo semper vapore gravis. Atqui quum Festus Puteolos inter ea præfecturarum genera recenseat, in quas præfecti irent à populo Romano creati, suspicari licet eam præfecturę nomine, & iure, tandiu administratam fuisse (annis videlicet vnde viginti) donec P. Cornelio Scipione Africano II. TI. Sempronio Longo Coss. Colonia ciuium Romanorum trecentorum hominũ lege Acilia Tribunicia eò deducta est habuitque ea Colonia primata quidem aliqua ciuitatis iura, vt cererę Colonię, nulla tamen publica, ita ut nomine ciues Romani, re verò Coloni tantùm essent Puteolani, argumento est, quòd Liuius prodat Colonos, qui Puteolos, Salernum, & Buxentum adscripti nomina dederant, quum ob id se pro ciuibus ferrent, Senatum iudicasse non esse ciues Romanos. Argumento etiam est, quòd P. Scipio Africanus, & P. Aelius Censores, portoria rerum venalium Capuæ ac Puteolis fruenda locarunt. Festus enim Capuam sub eodem præfecturę genere cum Puteolis recenset. Addit Liuius ab ijsdem Censoribus colonos trecentos (is enim numerus à Senatu definitus erat) qui Puteolos deducerentur fuisse adscriptos, eosque P. Scipione Africano II. & TI.

Puteoli.

Puteoli præfectura.

Puteoli Colonia ciuiũ Romanorum.

Sempronio Longo Coss. fuisse deductos, extat antiquum epigramma siue inscriptio, quæ ab Colonia deducta annos nonaginta recenset, N. Fusidio, & M. Pullio Duumuiris, quum Romę Consulatum gererent P. Rutilius Rufus. Cn. Manlius Maximus, quæ numerorum ratio cum ipsis quoq; congruit. A secundo namque Africani maioris Consulatu usque ad P. Rutilij Rufi, & Gn. Manlij consulatum, anni nonaginta in fastis intersse numerantur. Itidem in antiquis inscriptionibus etiam Aedilium Coloniæ Puteolanorum mentio fit, & Cicero Antoninum accusat, Puteolanos iccirco infestantem, quòd C. Cassium, & Brutos sibi patronos adoptassent Cæterùm quum illud factum constet postea quàm lege Iulia Puteolani ciuitatem adepti erant, uerisimile est Puteolanos ab initio præfecturæ legibus fuisse administratam, donec Colonia ciuium Romanorum fieret.

Puteoli Colonia militans.

Antiqui post deuictum Antonium, Augustus urbe rebusque urbanis constitutis, quum Italia XXIIX. colonijs frequentasset, Puteolos quoque militarem coloniam Augustam, uti Frontinus tradit, deduxit, in qua iter uno latere populo debebatur triginta pedum, agerque eius ueteranis, & Tribunis legionariis in iugeribus adscriptus erat. Addam, & illud, existare Puteolis templum quod frontispicij inscriptio, & titulus Augusto à L. Calpurnio L. F. positum, & dedicatum testatur. Admonet autem Puteolorum situs ratio, ut prodigiosam Caligulę Cæsaris ex Suetonio ostentationem referamus, qui ut nouum, & inauditum antea spectaculi genus ederet, medium, quod inter moles Puteolanas, & Baias triũ millium, & sexcentorum ferè passuum patebat interuallum ponte coniunxerat, contractis undique onerarijs nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis: superiectoque aggere terreno, ac directo in Appiæ uiæ formam, per quem pontem ipse ultro citroque per biduum commeauit, eumq; apparatum instituisse creditur ad æmulationem Xerxis Persarum regis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulasse scribitur. Laudant tamen alij alias huius rei rationes ad eludendam scilicet Thrasylli Mathematici auctoritatem Caligulam hunc pontem excitasse, prædixerat enim Thrasyllus, non magis Caligulam imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.

rum. Tacitus autem scriptum reliquit, Neronem ueteri Puteolorum opido ius colonię, & cognomentum, à se dedisse. Meminerunt Puteolorum etiam Plinius, & Vitruuius, hic ob puluerem Puteolanum, qui cęmento Cumano admixtus in molibus ędificandis etiam ad omnem maris impetum in expugnabilis sit, ille ob purpurissum, quod uel Tyrio tantùm a ueteribus commendato præstantius, & nobilius censendum sit. Ceterùm quia mare Mediterraneum quia sese circum hęc littora insinuat, duos sinus faciat nobiles admodum Puteolanum scilicet, & Baianum, obiter, & Baiarum ipsarum, & sinus simul & uicinorum usque ad Cumas locorum mentionem facere uisum est. A Puteolis itaque in Euro austrum flexuoso sese littore incuruat sinus Baianus, eo quo supra diximus interuallo, a Baijs nobilissima olim urbe sit dictus, locus tam a Romanis quam a reliqua. Italia uniuersa ob medicatarum aquarum fontes, maximo hominum concursu, & frequentia celebratus. Vrbi ipsi nomen factum a Baio Vlyssis filio nonnulli prodiderunt. Ab eo ad quinque millia Misenum promontorium, magnifica olim ciuitas, a Miseno Aeneę quondam tubicine dictum, in mare prominet, atque eo loco Augustum classem contra belli subita instructam semper habuisse, & Suetonius, & Tacitus scribunt. Iter Puteolos, & Baias, & quæ Baijs ferè aduersæ sunt Cumas, æquilibus proximè interuallis distat Auernus & Lucrinus lacus, tanta omnium scriptorum commendatione celebrati. Obseruo quoque in hoc tractu Phlegręos fuisse campos ob perpetuos ignes ita dictos, & aquas in eo agro tam feruidas ex Pausaniæ testimonio fuisse, ut plumbeos per quos fluant tubulos dissoluant. Puteolorum longitudinem Ptolemæus partium XXIX. cum deunce unius partis, latitudinem quadraginta unius mensurat.

Cuma.

CVmas Chalcidenſium Coloniam, uetuſtiſsimam omnium, quæ a Græcis in Italia Siciliamque deductæ ſint, fuiſſe inuenio. Primo hunc locum gens Opicorum incoluit, eiecta hæc ab Oſcis eſt, Oſcos deinde Chalcidenſes, Chalcidenſes uiciſsim Tuſci expulere, poſtremò quum in Romanorum poteſtatem Cumæ deueniſſent, ab illis Colonia militaris facta eſt. Hanc primitus deduxiſſe Chalcidenſes, ducibus Megaſthene Chalcidenſe, & Hippocle Cumæo traduntur. Conuenerat inter eos, ut de Coloniæ nomine ſortirentur, quumque ſors Hippocli Cumæo obueniſſet, is nomen urbi a patria ſua impoſuit, & ſi ſit qui nomen urbi ἀπὸ τῶν κυμάτων id eſt, a fluctibus, factum contendant. ameniſsimus hic totius Italiæ tractus eſt, & quaſi naturę certantis miraculum quoddam, uarijs paſsim lacubus fluminibusque diſtinctus. Vulturnus ad ortum, in meridiem Glanis fluentes, totum hoc ſpatium in peninſulæ formam amplectuntur: intus Lucrinus lacus, ſinusque eiuſdem nominis; tum Acheruſia palus poetarum fabulis celebrata, qui ibi deſcenſum ad Inferos patere ſcripſere, & tepentibus fontibus Baiæ, frequenti Principum Romanorum receſſu inſignes. Inter hæc ipſa Cumarum urbs ad mare, media inter Vulturnum amnem eiuſdemque cum amne nominis urbem, & Miſenum promontorium ingens murorum ambitu complexa ſpacium, in medio eius editus conſurgit collis, in eo templum Apollinis, a Dædalo (ut fama tenuit) conditũ, quum iram Minois ex Creta fugiẽs, huc appuliſſet. Apparet uaſtus eodem incolle ſpecus ubi Sibyllam Cumanam uaticinari quondam ſolitam antiquitas prodidit. Adpuliſſe, & huc delecto a Grecis Ilio Aeneam ferunt, factoque, ut mos erat, ſacrificio, duce Sibylla ad Inferos deſcendiſſe. Habebat urbs arcem inſignem, & portum tutiſsimum, totumq; hoc litus oſtreis abundabat. Cæterum Cumanarum urbs agri fecunditate, & maritimis commercijs in magnam breui potentiam amplitudinemque excreuiſſet, inuidia huius felicitatis ducti populi finitimi in urbis excidium conſpirãt. Ab Extruſcis itaque, Daunijs, Vmbriſque ad quingenta pe-

Sibylla Cumana.

ditum,

ditum, & duo de viginti equitum millia armantur. Cum his copijs domo profecti, ad Glanim Vulturnumque amnes castra locant. Cumani vicissim diuisa in tres partes iuuentute. vnam ad vrbis præsidium, alteram ad tutandas naues reliquere, tertiam cum hostibus congressuri in aciem eduxere, sexcenti omnino equites erant, & quatuor millia peditum, cum tam exiguijs copijs tantam hostium multitudinem aggredi ausi vcére. Hærebant enim multitudine sua Etrusci, seque mutuò angusto loco constipati conculcabant abterebantque Cumanis ex aduerso, ne circumuenirentur, locorum angustiæ saluti fuere. Peditatu itaque Etrusco nulla re egregie gesta in fugam conuerso, pugnam inde equitatus excepit, quum procella subitò coorta, illataq; cum impetu in ora oculosque equitum Etruscorum, illos quoque re turbatos in fugam auertit. Insignis maximè fuit equitum Cumanorum ea pugna fortitudo, & inter eos Aristodemi Malaci virtus præcipuè enim, ducem namque hostium præter alios non paucos primi nominis, singulari certamine congressus occidit, Victores Cumani, facto Dijs pro victoria sacrificio, sepultisque honorificè suis, qui pro patria pugnãtes ceciderant, incertamẽ deinde venerunt, cui potissimùm ob rem fortissimè antè alios gestam corona deberetur. Potior ciuium pars, & maximè plebs, Aristodemo eum honorem deberi contendebat. Contrà optimates (penes quos tũ summa rerum apud Cumanos erat) pro Hyppomedonte magistro equitum nitebantur. Ad seditionem postremò res spectabat; vnde veriti qui è ciuibus ætate prouectiores erant, ne res ad arma, & cædes prolaberetur, auctores fuere, vt vtrisque corona decerneretur. Sopita ijs condicionibus discordia, Aristodemus deinceps plebis partes in republica sequutus est. Vnde optimates consilia eius suspecta habentes, veritisque ne auctus potentia res nouare tentaret, quò honesto aliquo prętextu ipsum de medio tollerent, Aricinis auxilium contra Etruscos, Aruntemque Porsenæ filium à quibus obsidebantur petentibus, populo persuasere vt duo millia auxiliariorum ex egentissimis seditiosissimisque de plebe conscripta, ductu Aristodemi Ariciam veluti ad certam internecionem mitterentur. Sed secus atque illi speraurant euenit. Aristodemus enim refortiter atque felicitet

Bellum Cumanorum cum Etruscis.

gesta

gesta, Arute hostium duce sua manu in singulari certamine cæso, ac Etruscis infugam versis, atque ita Aricia graui obsidione liberata, quamplurimis, magnificentissimisque muneribus ab Aricinis donatus Cumas redijt, magna cum ciuium gratulatione; & promiscuę multitudinis occursu, atque vti multo cum verborum honore, ac faustis acclamationibus ita non sine pari optimatum inuidia exceptus atque in vrbem deductus est. Cęterùm consiliatis sibi iam antea dum ab Aricia Cumas nauigat, cùm verbis tum muneribus, eorum qui secum in ea expeditione fuerant animis, ad hæc adiuncto sibi priuatim comitate ac blandimentis, corruptissimo quoque militum, ac manu promptissimo, si fortè ad nouandum Reipublicæ statum ipsorum opera vti constituisset: capta occasione, dum coram frequenti Senatus de rebus à se ad Aricinam gestis verba facit, socij facinoris, & coniurati per confertam turbam irrumpentes, præcipuos quoque optimatum nihil tale expectantes interimunt, effractoque nocte in sequenti carcere, tam eos, qui rerum capitalium rei, quàm qui ex Etruscis captiui in vinculis detinebantur, solutos, ac libertate donatos, armis instruit, eorumque satellitio stipatus in publicum prodit. ac populo in concionem vocato, acri in optimates oratione inuectas, eosdem meritas ob tot in se iniurias atque insidias exsoluisse pœnas dictitat, reliquis ciuibus se libertatem reddere, ac constituisse pari cum cęteris conditione in patria tranquillè vitam exigere. Inde cum agris diuisis, tum remissio ære alieno, ac munificentia multitudinem vrbanam sibi conciliat. Cæterùm quum tam ab agrorum diuisionem, quàm æris alieni remissionem tenuioribus à potentioribus se metuere diceret, arma vniuersa tam publica, quàm priuata in templis Deorum deponi hortatur, & persuadet, inde repetenda si quando opus esset. Quibus statim per suos satellites occupatis, perscrutatis insuper intimis domorum priuatarum penetralibus, si quid intus armorum occulteretur, quàm plurimos e ciuibus præcipui nominis, maximè si quos sibi infensos atque aduersos credebat, interfici iussit, caussatus rebus nouis eos studere, armaque contra edictum apud ipsos fuisse deprehensa. Ad hæc adiunctis priori satellitio

Aristodemus Tyrannidę apud Cumanos occupat.

nequis-

nequissimis perditissimisque ciuibus, tum, & seruis dominorum cæde pollutis, externum quoque militem ad duo millia mercede conducit. Rebus suis ad hunc modum confirmatis, atque vniuersa ciuitate exarmata, liberè ac pro arbitrio tyrannidem in quosuis exercere cœpit, bona interfectorum inter sceleris ministros diuidit, filios eorundem omnes vrbe excedere iubet, pœna capitis constituta ni pareant, coniuges dominorum interemptorum seruis nubere compellit, reliquam iuuentutem urbanam interdictio armorum vsus, atque exercitatione, molliter, ad omnes luxum ad vigesimum vsque annum institui curat. Verùm enim verò quum iam diu summa felicitate Tyrannidem tenuisset, & res suas in tuto esse putaret, in senectute vltores scelerum Deos atque homines sensit ab ijs, quorum ipse parentes necauerat, quosque in exilium eiecerat, in regia oppressus, atque vná cum liberis ac necessarijs interfectus. Ita liberatis á Tyrannide Cumanis summa rei ad optimates redijt. Cęterùm haud diu Cumanis otium fuit. Etrusci enim inito cum Pœnis fœdere, vix tum á Tyrannide respirantes aggrediuntur, terra Etruscus, mari Pœnus vrbem circumsedit. Cumani cum se vndique premi viderent, opem Hieronis senioris Syracusanorum Tyranni per Legatos supplices implorant. Haud vanæ fuere, legatorum pręces, classis enim statim ab Hierone in auxilium missa, animos Cumanis ad tentandam prælij fortunã fecit: magno animorum ardore vtrinque concurritur, & æquo diu marte pugnatum erat, neutro inclinante victoria, cum tandem forti, ac fideli Syracusanorum opera, fusis fugatisque non sine magna clade hostibus Cumanus superior euasit. Florere inde rursus Cumanorum res auctis diuturna pace opibus cœperat, quum nouum illis cum Campanis socia, amicaque prius gente bellum oritur. Causa belli in incerto est, hoc constat, priores intulisse Campanos, ac Cumanos prælio superatos, fugatosque atque intra vrbem compulsos, terra, marique circumsedisse; ac tandem post longam obsidionem ciuibus ne quicquam resistentibus, vrbe per uim potitos, spoliatamque, & cædibus promiscuis exhaustam, coloni ex suis in eam conscriptis insoluendam dedisse. Ceterùm Cumanorum, antequam in Campanorum

Cumani Aristodemi Tyranni nide liberati.

Bellũ cum Pœnis, & Etruscis.

rum poteſtatem peruenirent, potentiam teſtantur Coloniæ ab illis deductæ. Primùm Parthenopæ ab illis condita, ab Sirenarum vna, quæ ibi ſepulta erat, ſic dicta. Eam quum poſtmodum Athenienſes, vná cum Chalcidenſibus occupaſſent, nomen eius in Neapolim mutarunt. Tum Dicæarchia altera Cumanorum colonia, qua pro Emporio uſi sũt, quæ poſt Puteoli appellata eſt. Cæterùm Campani cum Cumas á ſe occupatas nouis colonis habitandas dediſſent, etiam reliquias Cumanorum, quæ cladi ſuperfuerant, in ſocietatem vrbis, agrique receperunt: & ſumma concordia rempublicam adminiſtrantes. in vnum quaſi corpus coaluere, hinc factum vt multa uetuſti ritus argumenta apud Cumanos perſeuerarent, Campanis nihil mutantibus.

Egregiam Cumanorum erga Romanos fides bello Punico ſecundo enituit. Nam quum uniuerſa penè Campania á Romanis ad Pœnos atque Annibalem defeciſſet, initio ab Capua facto, Cumani ut idem facerent, nec promiſsis nec minis Campanorum adduci potuere. Campani itaque quod minis promiſsisque non poterant, dolo tentarunt, ſed fruſtra. Cumani enim fraudem ſuſpicati, diſſimulato tamen ſe quidquam ſibi á Campanis metuere, poſtquam Sempronium Gracchum Conſulem, qui id temporis ad Linternum caſtra habebat, de Campanorum conſilio certiorem feciſſent, eiuſdem Conſulis opera adiuti, non ſolum Campanorum inſidias euaſere, ſed diſpoſitiin contrarium inſidijs, ac noctu impreſsione in caſtra Campanorum facta, in cautos improuiſosque aggreſsi, Campanorum ad duo millia cecidere, capitis unà cum ipſo duce Mario Alfio ſignis militaribus triginta quatuor.

Annibal Campanorum ſociorum clade intellecta, precibus eorundem fatigatus, vaſto latè agro Cumano, caſtriſque mille ab vrbe paſsibus communitis, Cumas omni apparatu oppugnare inſtituit. Verùm Cumani cum proprijs viribus ſubnixi, tum, & Romanorum præſidio adiuti, diſturbatis incenſisque Pœnorum machinis, facta ſubitò vna cum Graccho Conſule duabus portis eruptione, fuſis fugatisque in caſtra vſque Pœnorum ſtationibus, cæſisque mille quadrigentis, Annibalem obſidionem

nem soluere cogunt. Cumanis finito bello Punico petentibus a Romanis permissum, ut publicè Latinè loquerentur, vtque præconibus eorum Latinè vendendi ius esset. Cumanam quoque rem præfectos a populo Romano missos administratam fuisse inuenio. Bello etiam Marsico, quod a multis Italicum appellatur, Cumani Romanos summa fide iuuére, nihilque ab illis omissum, quod a bonis, & fidelibus socijs præstari posset. Post Iulij tamen Cęsaris cędem, quum M. Antonius C. Cæsar Octauianus, qui post Augustus appellatus est. & M. Lepidius Trium viri Reipublicę constituendę maximam pœnè, & fertilissimam Italię partem veteranis suis, post bellum Philipense in victorię prœmium assignarent, ager quoque Cumanus viritim in iugeribus ueteranis diuisus est, ipsaque vrbs Cuma, ciuibus vrbe agrisque pulsis, iussu Augusti Colonia facta est, nulla prœteritorum in Populum Romanum, meritorum aut officiorum ratione habita Celebratur naualis Cęsari Augusti cum Sex. Pompeio ad Cumas, pugna, qua grauissimam Augustus cladem accepit, maxima nauium parte capta aut depressa. Cumanorum longitudinem Ptolemęus XXXIX. partium cum triente, latitudinem. XLI. S. ponit, & Linternum Vrbem Scipionis Africani secessu notam, sextante partis quam Cumas Orientaliorem, quam tamen alij vltra Cumas in occidentem transponunt. Linternum inter prefecturas, quas Prefecti suffragijs a populo creati administrabant a Festo refertur.
Coloniam ciuium Ro. eò deductam eodem anno, quo & Puteolos, Liuius prodit. Frontinus eam inter Colonias militares ab Augusto deductas recenset. Vulturnum Colonia ad Vulturni fluminis ostium erat, eam Ptolęmeus septunce quam Cumas orientaliorem, quincunce australiorem facit. Vltra Vulturnum fluuium Gaurus mons ad ripam usque Liris orientalem pertinebat. Huius montis pars occidentalis Gaurus, Orientalis, & iuga eiusdem Massicus, septentrionalis Falernus dicebatur. Falernus ager eius montis ad septemtrionem decliuitate porrigebatur, vinum, quod summis collibus nascebatur, Gaurānum, quod medijs, Faustianum; quod imis, Falernum uocabatur.

vocabatur. Vltra Falernum agrum, Vescinus ager erat, à Vescia Campanorum opido dictus, quod nomen in Annalibus Liuij frequentissimè deprauatum est. Vestini enim Sabinis ad ortum proximi erant, vt Vescini Capuanis, & Sidicinis.

. . .

S. D. N. PIO II.
PONTIFICI MAXIMO.
FRANCISCVS ARETINVS.
S. P. D.

EVOLVENTI mihi quædam librorum volumina (Pie Pont. Max.) & animi laxandi gratia codices illos perquirenti, reperi hoc opusculum Puteol. regionum admirabilium profectò virtutum quas in aquis implicitas, ac latentes Sanctitas tua legendo planè inspicere poterit. Illas enim tuæ sapientiæ dicandas putaui, quòd te sentiam tanta iucunditate, lætitia, ac summa restaurandi naturàm voluptate his in Baln. delectari. Puteolos enim verò petère, si tuam aliquando Sanctitatem non tæderet, ob eorum singularem aeris temperiem, & salubres aquarum vires, maxima temporum diuturnitate morari, & illic degere nunquam defatigari crederem. Verùm quod potui ex industria (Beatiss. Pater) inter cæteras proprietates, quæ à compluribus huius sæculi celebrantur, nullæ veriores Aquarum istarum sententiæ, quàm mihi ex præsentia visæ sunt. Sed cùm ea probare attingam, quæ in li-

bello continentur, ad Philosophorum ingenia potiùs spectare videntur Nollem à maleuolis, qui sese odio, vel inuidia moueri solent, maledicentia, & eorum loquacitate comprimi, quoniam talem assumpserim prouinciam, & alienum à me contra omne officium arma sumpsisse profiterer, huic ratus maledicentiæ respondere. Materies quidem ipsa philosophica, & de summa philosophorum parte primùm est desumpta. Hominem postulat, qui maturè ocio fruatur, & literis quàm diligentissimè operam det, longeq; absit ab illuuie τῆς δυσυχοῦς Περίας, ac graui rerū familiarium cura, & non philosophiæ artis solum, verum etiam vniuscuiusque peritiæ. Quæ si commendare quis saltem conetur quæ non intelligit, videatur verborum solummodo, vt puer sequi potestates, rarò ipsa sensa, is interdum solet plurimum aberrare. Quod cùm animo voluerim quàm honesta res esset, quàm vniuersæ reipul. inuenio fortis, & vtilis, quàm tibi grata, fretus etiam spe tuæ Beati. non parua, ex qua virtutum, & optimarum artium imitatores miris laudibus, ac præmijs extolli solent. Suscepi rem ea conditione, vt tandem in publicum prodeat, tuo sanè pio nomini dedicatum, si quid in eo opere Sanct. Tuæ gratum inueneris, atque vtile, inuentori primum, atque auctori gratias

agas,

agas, & habeas. Si libitum fuerit, illo iandudum absente mihi referas. Quod autem repræhensibile, in eo esse prospexeris, infirmæ, ac fallaci mortalium omnium experientiæ deputes. Cum enim in eo titulum Auctoris non inuenerim, nec à quo, neque vbi liber editus sit, ad tuam Beatitud. opus dicare volui. Vale.

BALNEANDORVM CANONES,

Auctore Franciſcus Aretinus.

1 Nunquam ad Balnea venias, niſi purgatus, & cum ad ea veneris, dimitte turbationes animiq; curas, operantur enim per alacritatem, ſicut artifex per inſtrumentum.

2 Non intres Baln. nisi celebrata concoctione.

3 Non comedas, nec bibas in aquis ante, vel poſt, nisi refrigeratus, ne attrahatur indigeſtum, & fiat obſtructio.

4 Comede in Baln. boni ſucci cibos, & ægritudini tuæ aptos, ne dùm malos humores euacuas, peiores gignas.

5 Dùm in Baln. degis, caue à frigioribus & ventis.

6 Vino bene lymphato vtere, vt ſitim tollas.

7 Semel tantum Balneo vtere in die, ne nimia euacuatio te debilitet.

8 Sic ingrediaris aquas, vt tegantur humeri, niſi vulnus, aut plaga prohibeāt.

9 In aquis Cantarelli, nec non Solis, & Lunę plagas immerge. 10

10 Per id tempus in aquis morare, quod incipias ſudare in fronte, vel quātū ſine faſtidio illic iacere delectat.

11 Egreſſus aquas, illico te linteamine in uoluas, & cōpoſito prius cubili bene coopertus recubes. Suſtine in lecto ſudorem, & ſomnum, ſi adſit.

12 Vbi ſudaueris p interſtitia, paulatim q; veſtimēta depone, & ſudorē deterge.

13 Domū reuertere bene veſtitus, & rursū qeſcas. Sed īterim à ſudore abſtineas

14 Baln. varietate ne delecteris; vnum, e multis elige, quo vtaris.

15 Curſum Baln. tui ſic dirigas, vt aqua in mare ſemper defluat, alioquin regulariter erit frigida.

16 Cùm Baln. vti velis, eijce primum, ſi potes, vniuerſam aquam, vt noua, & recenter nata vtaris.

17 Balnea, ſicut alia remedia, tempore operantur, ideo ſi non ſtatim curaberis, ne deſperes, quin alacriter proſequere.

18 Baln. iuuamina proceſſu temporis magis experieris, ſi Deus voluerit.

OPVSCVLVM DE BALNEIS PVTEOlorum, & Pithecusarum.

DE SVDATORIO SANCTI Germini. Cap. I.

De Balneis Puteolanis scripsérũt Franc. Aretin⁹, Pogius Florentinus, Alcadinus Poeta Siculus Matthæus Pantimonus: Salernitan⁹, Eustachius & omniũ primus Oribasi⁹ medicus Græcus vetustissimus.

PVTEOLOS à Neapoli petens cum medium viæ perrexerit. Si paululum dextrorsum declinauerit lacum inueniet piscibus ferisq; carentem: Sed ranis, hirundinibusque abundantem, ad cuius lacus horam domus sita est operta testudine, in qua exhiatu terrę copiosus: & calidus fumus emanat: hanc domunculam: si quis nudus intrauerit sentiet statim totum corpus in sudorem resolui, & ob hoc Sudatorium dicta est. Sudor hic chimos humoresque euacuat: corpus alleuiat languidos restaurat. Sanat ilia: vlcera interiora detergeat: & podagricis multum confert hæc eadem facit aqua vndecunque sumpta, & hoc fumo calefacta in hoc loco B. Germanus Capuanus Antistes animam Pascasij Cardinalis inuenit, quam historiam Beatus Gregorius in quarto dialogorum libro prosequitur.

De Aqua Bullæ seu de Bulla Sudatoria. Cap. II.

Vulgo uocatur la Volla.

Alcadinus Poeta metricè de hac Bulla scripsit

A Sudatorio in Occidentem tendens, postquàm inter lacum: & Spinum montem transierit, à dextris dictum lacum è læua viam, qua Puteolos itur re-

lin-

linquens, obuium habet montem aridum, ardentem, & continuè fumigantem, quem feræ non incolunt, neque aues: ad cuius montis radices infra terræ cauernas magno cum fragore aqua bullit, & ob hoc Bulla vocatur, Hæc aqua parum ad superficiem exiens, non sine arte: & industria illic colligitur; sed mirabiliter caput emundat, lumina acuit, vterum purgat ulcerat inguina, splenem curat, & hepar. Eadem dicitur alienam aquam hinc calefactam virtute loci efficere. Hic locus ob solitudinem animantium, ac surgentis fumi nebulas, ac aquæ feruentis terribilem sonitum, timorem soli facilè incutit.

De Balneo, quod Astrunis dicitur. *Cap. 111.*

VErte ad Septentrionem, & parum circunda stagnum nam occurret tibi à sinistris mirabilis efficaciæ lauacrum, quod à loco Astrunis nomen accepit. Hic duo sunt fontes, sed aqua eadem reumatibus, & phlegmaticis semper aduersa, quæ cerebrum confortat læsis oculis subuenit, gingiuas stringit, dentes roborat, fauces aptat; raucos ex rheumate curat; vocem clarificat si vulua quæ inguclure est, ceciderit ad locum reuocat, pectus lenit; appetitum incitat. Stomachi fastidia, & membrorum pigritiam tollit, pulmonem à tussi recreat, corpus flegmaticum seu aquaticum inflammat, omne malum flegmatis, ac reumatis aufert, & quamplures alios morbos.

Vulgò vocantur listrumi. Meminit huius balnei Sauonar. quod uocat Astranam, meminit Franciottus, & ugolinus, & Alcadin. Poeta.

De Balneo foris Cryptæ. *Cap. 1111.*

LIttus vocat vt retro veniam, & á crypta exiens per radices Falerni montis incedens ad horam maris, reperio balneum, quòd à situ loci foris crypta dicitur, hæc aqua cùm sit potu & operatione dulcis-

Meminit huius Baln. Sauanar. Franciottus & Alcadin. Poeta.

ignitos artus refrigerat deficcata febribus membra, rigat pulmonem læsum iecur & pectus sanat, debilitatem stomachi tollit, tussi & egre cuti medetur, nocet tamen hydropicis.

De Balneo Iuncariæ. Cap. V.

Vulgò dicitur li bagni delli Giunchi. Meminit eius Suan. vocatq; de Iuncaram. Franciottus verò Vincaram appellat. Alcadinus & Vgolinus etiam meminerunt.

VLtra per arenam procedendo occurrit vnda Iuncarię, quæ aiuncis ibi nascentibus nomen habet, hęc vnda mentem letificat, gaudia fouet, tollit suspiria vltro venientia, venerem prouocat, & ad eam fortes efficit; renes confortat, stomacum prodest. Lesis lumbibus vires iecoris reperat, epar sanat, corpus in pinguat, febres erraticas annichilat, & prouidet ne cutis extenuetur.

De Balneolo. Cap. VI.

Vulgò dicitur li Bagnioli.

SI adhuc per arenam processeris balneolum inuenies, hoc nomen olim à breuitate fontis inuenitur. Sed tanta est virtutum efficacia, & eius præstantia vt infirmus non solum aqua ibi sed Deum adesse putet. Nam caput, stomacum renes, & cetera membra confortat, fugat nebulam oculorum consumptos & debilitatos reficit materiam quartanæ continue, & cotidianæ destruit, à doloribus ex quocumque morbo vel febre procedentibus liberat, hac aqua Neapolitani plus ceteris vtuntur.

De Balneo Petræ. Cap. VII.

Meminit huius balnei Vgolinº, nec non Sauonarola, & Franciottus.

DE Petra lauacrum sequitur, quod in fine huius littoris sub rupe montis positum ab effectu consecutum est nomen. Nã petram frangit, vrinam prouocat, Renes mundat educit arenulas, caput à doloribus liberat detergit ab oculis maculam. Auditum auribus præstant, & sonitum remouet cordi, pectorique medetur huius aquę calidę potus interiora expurgat.

DE

De Balneo quod Calcatura dicitur. Cap. VIII.

EX alio rupis latere vnda surgit aquę, quę adscensu montis calatura dicitur, hęc vnda delet, a facie morpheam & alias turpes notas ab ea remouet cor, lętificat mentem roborat. Stomacum confortat, prætéritas crapulas digerit appetitum incitat. Tussim fugat dat pulmoni quietem & prouidet ne tisis extussi parata prorsus ledat.

Meminit de eo Franciottus. Sauon. vocat Celaturã, Vgolinus, vero Collaturã.

De Balneo, Subueni homini. Cap. IX.

IN capite sequentis littoris, quod Puteolos vsque protenditur infrasciptam in rupe cauatam saluberrima manauit aqua, quę obstructis, ob in curia venis & fonte relicto sub arena intra dictam cryptam & mare perquiritur, & quia egrotis hominibus mirabiliter subuenit. Subueni homini nomen accepit, Egesta igitur arena, locum dispositum intrans ęger statim scaturientium stillarum sentit auxilium, Fons iste. Animi tristiciam & defectum stomachi tollit ipsũ contortat & facit vt apetat pulmonis iecoris splenis & tumidi ventris deponit onera vocem clarificat. Anitique podagre inducciatam dat requiem & omnem speciem doloris aufert. Excellens tamen eius operatio in restauratione debilitatorum membrorum lucidius enitet.

Illiterati hodie corrupta voce dicunt Zuppa d'huomini. Franciottus vocat Subsidiũ hominis. Meminit eius Sauonar. vocatq; Lauacrũ Vgolinus dicit remouere causas frigidas, eius minera vt Menghus ait est nitrum, & ferrum.

De Balneo Sanctæ Anastasiæ. Cap. X.

OBstruitur arena simili balneum sanctæ Anastasię, quod nomen quia prope capellæ huic sanctæ deditam aquam surgebat assumpsit facta ergo fossa aqua recenter egrediens igniti corporis recreat artus

Meminit eius Franciottus sub titulo S. Anastasij Vgolinus dicit atticulos roborare, & oẽs uires corporis augere.

Meminit eius Franciottus, & Alcadin⁹ Poeta.

artus & eorum virtutes nouat tollit languidis sympthomata vel defectus si surgentis aquę patiatur ardorem.

De Balneo Orthodonico. *Cap. XI.*

VTilis,& mirabilis aqua prope Puteolos in horto Domini episcopi nascitur, & ob hoc Ortodonicum dicitur. In hoc lauacro per hostium ad austrałem plagam dispositum multos per gradus descenditur.& ideo cum auster flat, calor intus inclusus nec exhalatus facilè intrantes suffocat, aqua tamen etiam foras portata consumpta febribus restaurat, corpora remouet nauseam stomachi & illū cōfortat ephemeras & erraticas febres tollit maximè paratas ad pthisim.

Sulphatariæ potius cum sit locus in quo sulphur coquitur. Meminit huius aquæ Sauanarcla dicit eam cōferre dolori antiquo capitis,doloriq; stomachi ex causa frigida & humiditatem phlegmaticam purgare. Vgolinus d. humores phlegmaticos dissoluere. Mengus asserit eius mineram esse sulphur.& ęs.

De aqua Sulfatariæ. *Cap. XII.*

IN summitate montis qui Puteolis præeminet planicies est in qua sulfur conficitur, & ibi nascens aqua Sulphatarię, dicitur hęc neruos mollificat acuit visum lachrymas & vomitum stringit capitis & stomachi dolorem aufert, fœcundat steriles tollit febres cum frigore & infecta scabie membra purgat hic tamen odor & grauis locus undique fumigans terribilis est cuius tamen fumus rheuma & frigus capitis tollit.

Meminerunt de eo Franciottus &Vgolinus,qui dicunt cutis ulcera abstergere podagrę conferre, & usum illi⁹ continuatum lateri obesse.

De Balneo Cantarelli. *Cap. XIII.*

NOmen Cātarellus à forma balnei sumpsit hic primus in littore quòd à Puteolis, vltra Tripergulas vadit Admirandas operationes exequitur. Antiquas enim & nouas plagas ac fistulas mundat desiccat & solidat. Fluxum rheumatis prohibet clarificat lumina obturat uenas fluentis sanguinis.subuenit Athriti. utilis est ad febres, & frigora extrahit mirabiliter fertum & fragmenta seu particulæ ossium fractorum

torum quę latent in corpore, & arte chirurgici fungitur cum autem hęc aqua temperata sit pregnantibus multum confert; sed nimis continuata obest.

De Balneo Fontanæ. Cap. XIIII.

AD Cantarelli, latus aqua consurgit proprietatibus Cătarelli contraria nouit, reperta, & ab alijs non descripta, quæ cum more fontis semper scaturiat Fontana dicta est, Hæc somnum dat. ventrem lubricat, lac multiplicat, infantes sopores, & placidos facit. Nauseă stomachi remouet, indurata mollificat, super autem alia lauacra renes purgat educit arenulas, aperit vesicam, Capillos cogit exire, vulneribus, & podagricis nocet. Hac aqua Puteolanæ matronę cum suis pueris semper vtuntur.

Vulgò dicitur la Forma. Meminit de eo Sauanarola, uocans Balneolũ. Similiter de eo Franciottus meminit.

De Balneo Ciceronis quod de prato dicitur. Cap. XV.

CIceronis creditur opus lauacrum quod in Prato situm est, & ideo de Prato nomen habet. Euntes à Tripergulis Auersam post hospitale ad manum sinistram se iunctam statim cryptam inuenies & per super terraneum descensum aquam reperiunt, quæ multum placida lippofis oculis bene confert eorum vlcera tergit, apigris humoribus corpus alleuiat, tortură viscerum remouet, mollit lacertos caput spatulas trahit ad debitum & toti demum corpori subuenit.

Vulgò bagno de Prata. Meminit de eo Franciottus, & Vgolin. quod uocat Bal. Prætæ.

De Balneo Arcus. Cap. XVI.

IN sinistra parte lacus Auerni in quo alta profunditas & diuersorum piscium magna est copia, decem sunt balnea. Quorum primus ab ędificij forma Arcus dicitur, cuius in restaurandis, defectis & consumptis corporibus mirabilis virtus est, restaurat membra con-

Meminit huius Balnei Eustasius Poeta Franciottus, & Vgolinus.

confortat ſtomachum,& interiora omnia iuuat ventre tamen tumidis & inflatis iecoribus & ſpleneticis non confert.

De Balneo Rainerij. Cap. XVII.

Meminit de eo Euſtaſius, Vgolinus, & Franciottus.

OPtima aqua Rainerij ſequitur,quę ab inuentore nomen:ſummens ſalſi phlematis hoſtis eſt ſcabiem impetiginem ſeu ſerpiginem ſanat,putridum corpus mundat cutim reſtaurat, leproſis prodeſt exigit tamen vt ſanitatem conſecutus Trituli aquis vtatur.

De Balneo Veteri ſeu Tripergulæ. Cap. XVIII.

Meminit huius balnei Franciottus, Vgolinus, Alcadinus, & Euſtaſius.

LOci diſpoſitio dedit balneo huic vocabulum, etenim domus hęc, vt dictum eſt intres partes eſt diuiſa dicitur etiam Baln. Vetus, eo quod primũ in hoc loco inuentum Balneum.circumpoſitum domibus,nomen dedit,vt ipſum ſuburbium etiam Tripergula vocetur, vel lecti ſeruantur iuris. Hęc nuda accommoda omnibus aufert mentis defectum,cor exhilerat corpus alleuiat membrorum onera tollit fugat narios dolores ſtomachi Pedum remouet grauitatem hac aqua utens accidentia mala nulla timebit. Ex hoc loco ferunt Dominum Ieſum Chriſtum à mortuis ſurrexiſſe & ab Auerno ſeu Inferno tuliſſe prędam unde & altius mons ſupereminens Mons Chriſti dicitur.

De Balneo Sancti Nicolai. Cap. XIX.

Meminit de eo Franciottus.

OMnia balnea potentes aut magis ſolliciti occupat hoc ſolum more miriſicis confexoris pauperibus ſub uenit & ideo ſancti Nicolai dicitur hęc aqua ab alijs deſcripta non eſt nec ab intelligentibus ſatis experta quantum tamen conpertum habeo debiles *fouet conſumptos reſtaurat.Stomachum confortat & uires reperat.*

De Balneo Scrofæ. Cap. XX.

MIrabilis vnda, quę ſequitur, quæ ideo de Scrofa dicta eſt. quia ſcrofulas ſanat, & quia in hac aqua voluptari ſcropha recepta eſt, purgat enim mirabiliter ſcabies & leproſis prodeſt impetigines & flemmate ſalſo ſanat, ſarcinam ventris deponit. Artheticis & podagricis bene confert, qui in hoc aut Rayneri balneo lauatur falſis aut leguminibus non vtatur.

Meminit huius Bal. Alcadinus Poeta & Franciottus.

De Balneo Sanctę Luciæ. Cap. XXI.

IN proximo ſanctæ Luciæ balneum eſt, ſic dictum, quia mirabiliter confert oculis, quibus ex Dei gratia, hæc uirgo glorioſa pręſto eſt. Dolorem capitis, iuncturarumque aufert, oculorum etiam catharactas non inueteratas, & nebulas deſtruit. auditum, præſtat auribus, ſonitum remouet, cęcosque quandoque illuminat.

De hoc balneo metricè ſcripſit. Alcadinus meminit etiam de eo Franciottus.

De Balneo Arculi, ſeu Sanctæ Mariæ. Cap. XXII.

BAlneum hoc non minus laudabilem à forma breuitatis locis nomen accepit, hepar calidum aptat animi; à frigidilate, & rheumate abſoluit, oculos lippitudinem & optalmia liberat, Stomachum roborat, Somnum nimium ſuperfluamque vigiliam propellit, aureamque mediocritatem inducit vocatus à quibuſdam hoc Balneum Sanctæ Mariæ, quia in mediò arcus è inmago erat Mariæ Dei Mater.

De hoc Balneo meminit Alcadinus Franciottus, & Vgolinus

De Balneo Sanctę Crucis. Cap. XXIII.

IN hoc crucis Balneo ſæpe miracula videmus, ſi quis miretur, quot alienis brachijs, & pedibus aductos

De eo meminit Alcadinus, & Franciottus.

aductos seu baculis sustentatos. Hoc lauacrum annis singulis sine alterius adiutorio remittit ad propria, apodagra enim pro tempore mirabiliter liberat iuncturas & neruos sanat flegma ipsis inhibitum expellit tumorem splenis, & iecoris soluit, hydropicis exgrosso flegmate subuenit ventri & hypochondrijs prodest, & quia cõfert manibus pedibus & lateri in quibus, sũt insignia Dominicę passionis ideo de Cruce vocatũ est.

De Balneo Subcellario. *Cap. XXIIII.*

Vulgo Scassa bu dello.

De eo meminit Eustasius.

Vgolinus uocat Suttillarium, est & huius nominis Balneum apud Aenariã.

PRope, & subtus horrendam Cumanæ, Sibyllæ domum, quę Auerno pręeminet, quasi ex quadam cella dulcis lucida, & præcæteris vtilis aqua labitur, & ob hoc Succellarium dicitur, saporem habet brodij decocti Caponis, capillos prolixos, & claros facit labia, sanat dentes, & gingiuas mundificat turpem pannum faciei lentiginem, & scabiem remouet pulmoni, & iecori, & spleni medetur ardorem, & pondus vesicę soluit vrinã prouocat arenulas eiecit, quartanam quotidianã, & tepidas febres sanat tusim tollit, super autem omnes alias aquas stomachum confortat, & incitat appetitum, ac totum corpus exhilarat.

De Balneo Ferri. *Cap. XXV.*

Meminit huius Balnei Eustasij, & Vgolinus qui dicit sanare hemicraniam.

AB alia parte horrendæ domus, & quasi intus Auernum aqua scaturit colorem & spumam habens, ad instar ferruginis, & ideo de Ferris dicta est quę dolorem capitis, & supercilliorum remouet mirabiliter ab oculis sanguinem caliginem, labemque aufert, & tollit, & eos claros reddit auribus, præstat auditum & sonum, uentumque aufert & tres cerebri ventriculos expurgat.

De Balneo Palumbariæ. *Cap. XXVI.*

Vulgò dicitur lo Bagno dell Palumbariæ.

PAlumbariæ, crypta ideo dicta est, quoniam ibi palumbes nidificant. Hæc aqua caput, & renes sanat,

sanat, vrinę meatus aperit nebulas ab oculis & ventos ab auribus fugat passiones stomachi: & quæ ad cor tẽdunt expellit ac arthriticis confert, Qui vitur hac aqua caueat à salsis, & frigidis.

lombaro Memnit huius Balnei Eustasius.

De Balneo Siluianę. Cap. XXVII.

Vulgò dicitur lo bagno Siluiano.

EVntibus per mare Baias non procul à faucibus Auerni lacus Siluiana occurrit, quòd balneum Siluia dea credita inuenisse describitur & ab ea accepit nomen. Hæc vnda mulierebri sexui magis confert, nam vteros ab omni humore expurgat ab infirmitatibus sanat, prouocat menstrua, si desint, & si super effluxerint reducit ad medium, steriles fęcundat & facit concipere.

Meminit huius balnei Eustasius & Vgolinus uocat Balneũ hoc Salmariam. Altimarus noster commendat hoc Balneum in arte medica ca. de mensium suppressione.

De Balneo Frituli. Cap. XXVIII.

PRopè est locus Trituli in quo balneum, & sudatorium sunt á loco sumentia nomen, & forte dicitur Tritulum, quod quartana ibi, sanetur Tritæos nomen Græcè, quartana sonat, Balneum prędarum, atque mirabile nam ad radices rupis altissimè ampla cauata domus est, & in ea artificis ingenio compositæ imagines, manus tendentes ad loca passionum, quę vel sunt vetustate consumptæ, vel (vt ferunt alij) à Medicis Salernitanis deletę sunt, ut refugium quod per ægros habebatur ad balnea pro eorum languoribus, ad solos medicos haberetur. modicum enim emolumentum ex Philosophia trahebant. Aqua autem semel in die, & semel in nocte iuxtà ortum & occasum Lunę eallida & fumigans uenit in balneum, quo repleto pars aquæ in æquore, funditur, & pars reuertitur unde exiuerat. Hoc rheuma fugat, caput stomachumque confortat, podagram quamlibet curat hydropicos liberat, prohibet febres flegmaticis prodest, & omnem balneorum uirtutem roborat. Quam ob rem ubicum-

Meminit huius Balnei Eustasij, Meminit de eo etiam Vgolinus uocatq; Fritoli. Franciottus uocat de Tritoli, sed ego potius dicerẽ Fritoli, quia ibi homines ob sudorem frictionem exercebant sic Blondus asserit uocarit Frictolas antiquitus.

ubicumque, quibus balneatus fuerit, eandem per uices aliquot hic se abluat.

De Sudatorio. Trituli. *Cap. XXIX.*

Est Crypta quædam manu cauata, arcta nimis, sed in longitudinem protensa.

Meminit huius loci Victruuius lib. 2. & Franciottus, & neute ricus eccellens Altimarus in arte medica.

RVpis hæc eadem in sui cacumine per ascensum multorum gradum Sudatorium habet, odoris suauis & delectabilis, quam si erectus intraueris statim sudor erumpit, si te inflexeris refrigeraris, ultra procedens semper dextrorsum post aliqualem descensum inuenies aquam perspicuam, sed calidissimam, & uix tangibilem, quam multi putant in suprascriptum balneum latenter effluere. Quod si ad aquam pergere uolueris, ad sinistram recedere iter, quod postquàm per duos tantùm passus intraueris incipe aliam á dextris uiam per quam procedens obuium habebis lapidem, qui deruperit, & Caballus dicitur. Vltra hunc incedens, super calidum puluerem inuenies finem cryptę & celtis uestigia reuertere nunc ad locum ubi hác partem cryptę intrasti & inuenies foueam profundam & largam & aliam cryptam propè ad Meridiem tendentem, quám cane ne intres. Nam si per eam processeris absque excessiu caloris uel frigoris absque uento uel motu aeris, flamma sursum tendens dimittit ceram, & faces per se extinguntur, & ultra euntes homines ex uertigine capitis mortui decidunt. Hoc Sudatorium, humores euacuat caput, & stomachum liberat, areumate curat, fiegma excutit, corp⁹ alleuiat hydropicis, & podagricis multum confert.

Meminit huius balnei Sauonarola 2. de balneis dicens vulnera antiqua cõ solidare. Meminit etiam Menghus, & Vgolinus d. articulis prodesse. Meminit de eo. Eustasi⁹, & Alcadin⁹.

De Balneo sancti Georgij. *Cap. XXX.*

OCcurrit tibi deinde Georgicum Balneum ideos dictum est quod sub terris aqua quæratur gros nomen Græce terram significat, nunc a notabili similitudine sancti Georgij dicitur, Hæc aqua mirificè lapidem frangit, & eijcit, urinam prouocat, frontem, brachia, manus coxendices, pedesq; a doloribus tuetur, podagram fieri, uel augeri prohibet. DE

De Balneo Pugili. Cap. XXXI.

ES T etiam in Baiarum littore Pugilli balneum, cuius locus tam breuis est vt pugillus vocetur, restringit fluxum. Ani pondus tollit, attenuat hydropicos caput, & splenem á doloribus liberat, à febribus cum frigoribus sanat, confortat debiles, & consumpta membra restaurat.

Meminit huius Balnei Eustra sius, & Alcadinus.

De Balneo Olij Petrolij. Cap. XXXII.

HOc lauacrum ideo de olio Petrolio dicitur: quia liquorem istum cum aqua exire, & eadem esse, & visu, & odoratu percipitur. Situm est propè Ecclesiam Beatę Mariæ Virginis ad littus maris, hæc salutaris vnda esse dicitur omne genus serpiginis morfeæ, & impetiginis tollit, turpes notas à facie radit, leprę vitium sanat, coleram, & salsa phlema extinguit, cor exilerat, grossa membra suctiliat, & ab eis imbibitum frigus expellit, ac artus singulos vigori, & officio suo reddit.

Meminit huius olei Frãciottus & Vgolin' & Blondus de Italia il lustrata cap. de Aprutio.

De Balneo Culinæ. Cap. XXXIII.

MOns qui prædictę Ecclesiæ præeminet ob altitudinẽ suam Culina vocatur, & aqua quæ ad pedes montis huius per cauatam, & obliquam cryptam inuenitur ab eo Culina dicitur. Quæ acuit lumina, pedum pasionibus subuenit non tamen inueteratis excessum phlegma aneuris remouet, hæc aqua prodest egrotis, sed nocet sanis, & caue ne in ea diu moreris.

culina Frãciottus legia, Apud Alcadinũ Culma legitur. Meminit huius balnei Vgolinus.

De Balneo Solis, & Lunæ. Cap. XXXIIII.

IN eodem Baiarum littore est aqua præcæteris admiranda Solis, & Lunæ sic dicta, quia sicut Sol stellis, sic ista prævalet aquis. Non est ad ipsam peruium iter, sed per ruinas antiquorum ædificiorum descenditur ad antiquum balneum dirutum, & occupatum amari ibi efossa arena scatu

In literati hodie vocãt Bagnodella Na-

ue. Meminit huius balnei Frãciottus, & Alcadinus nec nõ Eustasius.

rit aqua grossa pinguis, & discolor, hæc aqua sanctissima omnes genus guttę, omnẽ speciem doloris tollit, vlcera plagas, & fistulas si non sint radicate in ossibus, sanat venas fluentis sanguis stringit, mestrua siue plus siue minus fluãt, reducit ad legem, occultum in corpore ferrum extrahit, podagricis mirabiliter confert si fracta loca nõn fuerint (hoc vt antiqui scribunt) Imperatorum balneum erat.

De Balneo Bibboroſi. Cap. XXXV.

Dicitur etiam Gibborosum, vel Gibbosum. Memini de eo Frãciottus & Vgolinus.

OBmittendum non est, balneum Gibborosi, sic dictum, quia foris edificij sui desuper ad Gibbi modum eleuata erat, hæc aqua saluifica ad quam per gradus descenditur lapides arenulas pilos, vel humores impedientes vrinam arenibus trahit. Ilia componit, vesicam aperit, nec melior salus renibus reperitur, dolorem matricis remouet, fluxum sanguinis in mulieribus stringit, & adiuuat membra quolibet morbo grauata.

De Balneo Fontis Epiſcopi. Cap. XXXVI.

Meminit huius Balnei Eustasius & Frãciottus.

BAlneum hoc nobile apud Tripergulas sic dictum est, quia (vt veteres perhibent quidam Episcopus refecit, & ideo fons Episcopi dicitur, vel quia aqua Prælati magis vtuntur, qui propter ciborum, & quietis habundantiam plus podagrizant, confert enim mirabiliter artheticis podagricis doloribus iuncturarum, & cuilibet generi podagrarum, seu speciei guttæ.

De Balneo de Fatis. Cap. XXXVII.

Vulgo Grotta de le Fate. Meminit de eo Frãciottus.

AScenditur per aliquot passus ad balneum de Fatis, sic dictum, quod nouiter fato repertum est, vel propter pulchritudinem operis, quo testudo eius elaborata est, hoc nomen acceperit. Aqua ista perspicua roborat stomachum, prouocat appetitum, nauseam remouet, podagricis multum confert, prę omnibus autem aquis extrahit ferrum absconsum in corpore, & omnia membra exhilarat.

De bal-

De Balneo quod Braccula dicitur. Cap. XXXVIII.

REcipit nomen Bracula ab humilitate, seu de præsione & rotunditate loci, hæc præstantissima aqua grossas fauces subtiliat raucam vocem, sincerat dolorem capitis siue anterius, siue posterius remouet, caliginem oculorum tollit, spleni & iecori medetur, quartanam, tertianam, & interpollatas febres interimit, & earum causas delet. Meminit huius Balnei Frãciotus, & Vgolinus, & Alcadinus etiam.

De Balneo Speluncæ. Cap. XXXVIIII.

IN istis thermis vltimum locum Spelunca semper tenuit, ex re nomen habens, quia in spelunca lauacrum est rheuma, & tussim sanat, hydropisim fugat, accidentia cuiuscunque gutte remouet, & confortat cerebrum, ponit Galienus, quòd siquis quinque dragmas huius calentis aquæ diebus singulis bibet ea q̃ sunt supra & subtus diafragma curaret. Meminit de hac spelunca Frãgiottus, & Vgolinus, Alcadinus

De Balneo Feniculi. Cap. XXXX.

VLtimo tangenda est aqua Feniculi, sic dicta, quod inter Mortuum mare, & Misenum montem inter huius multas generis herbas scaturiat, vel quia finos, & acutos oculos redit, hic fons nondum formam balnei accepit, nec propter distantiam loci satis experta est. Sed hoc compertum habemus, quòd lipposos oculos absergit eorum vlcera sanat maculas delet, & super omnes alias aquas visum acuit, & declarat. Vulgo lo Bagno delli Finocchi.

De mirabili Piscina, et Crypta Trachonaria, & alia edificia Bayarum ponuntur. Cap. XXXXI.

SVrgunt præterea per totum sinum, qui à Falerno, seu Postripo monte vsque Misenum interiacet, multę aliæ

calentes aquæ, quarum virtutes,& nomina penuria, vel magis in curia hominum obliuio posſidet fuiſſe tamen eas efficaciæ magnæ antiquorum lauacrorum forma, & ruina demonſtrat. Stant enim adhuc apud Bayas mirificorum operum quædam præclare reliquiæ quas vetuſtas aboleræ non potuit, ſicut eſt illud maris Mortui vbi iuſſu Octauiani Auguſti terra per magna ſpacia profunde effoſſa, & per inciſas radices Miſeni montis introductum mare ſtationem claſsibus tutam dedit. Stat & propè hoc mare terribilis, & mire magnitudinis crypta quę totum Miſenum montem cauere videtur & propter ſinnuoſitates,& varios reflexus ſuos Dragonaria dicitur, hæc ſtillantes deſuper iugiter aquas recipit, & conſeruat. Eſt etiam Mirabilis piſcina Neronis quadraginta octo pylis, quæ currentes à Sarno flumine quadraginta quinque milibus paſſuum diſtanti per fiſtulas, & ductus recipiebat. Stat & inſignis Bayarum portus nauibus omni vento ſecurus cernuntur etiam adhuc pylæ,& fragmẽta confracti ex diſgecti pontis illius magnifici quo Gayus Calligola Romanorum tertius Imperator per tria miliaria profundiſsima maris Puteolos Bayaſque coniunxit videntur etiam in alio mari, ſiue illud exercuerit ſiue terra ſubſederit. Antiqui ædificiorum muri, & viæ ſtrates ſilicibus, & totus Bayarum aſpectus dulcis, & placidus, & ſuauis eſt, & non ſine cauſa ab illuſtri Poeta dictum credatur. Nullus in orbe ſynus Bayis prælucet amenis. Sed hæc meliùs viſus quam ſcriptura diſcutit.

Horatius.

Finis Balneorum Puteolanorum.

DE INSVLA AENARIA.

PRIVSQVAM de Aenariæ Balneis uerba faciamus, non erit alienum à proposito nonnulla de insula hac commemorare, quamuis de illa in. Descriptione nostra Neapolitana Regni mentionem fecimus. Conspicitur ergo Inarime in sinu Puteolano contra Misenum promontorium non longè a Cumis, ut etiam scribit Plinius, qui Aenariam eam nominat, in circuitu est ad decem & octo millia passuum, abest autem à continenti circiter quatuor. Strabo, Liuius, Ptolomæus, Ouidius, & alij scriptores Pithecusas uocant, à Pomponio Mela, Appiano Alexandrino, à Plinio quoque, & Liuio Aenaria dicta uenit: (quę id nomen ab Aenèæ nutrice ut ait Plinius) cum hic Aeneę naues commorarentur, sortita est. Greci Pithecusas, ut dictum est, appellarunt, cum essent hic artifices qui dolia ad uinum seruandum fabricarent, Greci enim ea uasa, Pthoi dicunt, sunt etiam, qui hoc nomen à simiarum multitudine habuisse, quę hic erant, affirment, quod constanter negarur à Plinio, Homero, Virgilio, & Ouidio, uocantes eam Inarimen, & montis nomine, unde æstu maris descissa olim creditur. Fuit illa semper terremotibus, & incendijs subdita ut Strabo affirmat libro quinto, ubi refert huc commigrasse ad habitandum Erythreos, & Chalcidenses, qui maximam hinc fructuum, & auri copiã ob auri fodinas distrahere cæperunt: Sed, ut fieri solet ob soli fertilitatem orta inter eos discordia, frequentibus terremotibus, & assiduis flammarum incendis coacti fueri insulam ipsam derelinquere, & alio commigrare: Simile quod accidit nonnullis Siracusanis, huc ab Hierone Tyranno ad incoluendum missis. Qui cum firmissimum murum aduersus incendia erexissent, ut tuto consisterent, ob erumpentes flammas, quę undique eructabat, hinc etiã discesserunt. Post hos accesserunt eó Neapolitani, qui meliori dicti fato satis diù ibi demorati fuerunt. Propter hos igitur crebros terremotos, ob ignis incendia & flammarum eruptiones, quę ferè semper his in locis conspiciebantur fabulati sunt hîc esse Typhei Gigalatis sepulchrum à Ioue fulmi

ne

ne deiecti, & sub hac mole depressis, qui diu super alterum humerum iacens, dum alterum uertit, ut conquiescat terra mouetur, & flammæ, & calidę aquæ eructãt, fertilissima est hęc insula pascuis, generoso uino, aurifodinis, aluminis, & sulfuris, quę anno 1465. inuentæ fuerunt á Bartholomeo Perdice Genuensi. Vndique habitatur uillis, est hic altissimus mõs arduus ascensu, in cuius uerticè fons exurgit nomine montis Abocetus dictus cum tota ferè insula aquarum penuria laboret, littora habet potius curua quam recta, aeris miram temperiem, & salubritatem, multis in locis aquas calidas ad omne morborum genus accommodatas, arenas prẽterea calidas, quę calidarum aquarum uires obtinent, habet arcem fortissimam & munitissimam constructam olim ab Alfonso Aragono I. Neapolitanorum Rege, qui à loci arduitate, firmitudine, & in expugnabili propugnaculo, nomen, ut uulgo nunc dicitur, Ischia, quod postea toti insulę communicauit, imposuit. Arx est imposita monti excelso, abrupto, iter ad illam est per difficile, & accliue, ferro in saxo excauatũ, uix duobus ingressum prębens unde facile à paucissimis tuto seruari potest. Huc ut in tutissimum locum confugit Ferdinandus Alfonsi I I. Aragonei Neapolitani Regis filius cum Carolus Rex Gallorum Octauus Neapolim uictor ingrederetur anno 1301. Regnãte Neap. Carolo I I. grauim ruinam passa est hæc insula, nam accenso sulfuræ quo omnia loca plena habet, grassans & excurrens flamma, magnam insulæ partem de populata est, perueniens usque ad urbem Gerundam olim dictam, durauit incendium illius ad duos ferè menses, multis interfectis hominibus: & brutis, unde incolæ coacti fuêre alij Puteolos; alij Neapolim, alij in insulam Prochitem. & alij Capreas confugere, tanti incendij nunc etiam apparent uestigia, nam ibi ad duo millia passuum, nec herba, nec uirgultum ullũ enascitur, incolæ locum nominant, la Cremata, & hæc pauca dicta sufficiant, de hac insula à me commemorata.

AENA-

AENARIAE BALNEA.

DE BALNEO FVRNELLI. *Cap.* 1.

BALNEVM hoc eſt propè S. Petrum Pantanellum, quod traxit nomen à loco, qui eſt ad inſtar furni. Lauacrum hoc confert quartanæ exquiſitæ, ac nothę quotidianæ, ſpleni, & educit hydropi, & cephalagiæ, calculum frangit, arenulasq; educit, veſicam aperit, podagris prodeſt, ſtomachique ſedat faſtidia.

De Balneo Fontis. *Cap.* 2.

DIſtat à prædicto balneo iactus lapidis interuallo, ſanat verò plagas, & extrait ferrum, iuuat epati, & pulmoni, & ſanat ſcabiem, capillos pulchros, & proliſſos, reddit, conſumptos reſumit, & oſsium fragmina extrahit.

De Balneo Caſtilionis. *Cap.* 3.

SIC dictum eſt, quia quòd iuxtà ipſum fuit olim quoddam caſtrum, cuius adhuc mœnia apparent, Aqua calida eſt, & valde miranda, remouet omnem ſtomachi debilitatem, & vim in eo concoctionem auget, Morphæ delet, lepræ prodeſt, confortat cor remouendo ab illo omnem tremorem, reſtaurat viſum, ſanat plagas, appetitum ciet, ventremq; ſoluit, ſiquis ea in potu vtatur.

De balneo Scrophæ, seu Speluncæ. Cap. 4.

AD mirandam est vnda lauacri Speluncæ iuxtá maris littus propè casam Comam, quæ adeo feruens est, vt opus sit eam in labro ponere si quis ea frigida vti voluerit. Confert podagris, arthritide affectis, nephriticis, ischiadicis, chiragricisq; tussi opitulatur, potuq; aluum soluere potest.

De balneo Gurgitelli. Cap. 5.

NVnc dicamus de illo præciosissimo lauacro vulgariter dicto Gurgitello, & de suis circunstantijs, vt enim communiter fertur, iuuat steriles, consumptos restaurat, confortat stomachum. Educit lapidem, iuuat epati, sanat scabiem, incitat appetitum. Et vt asserunt incolæ hoc mirabile fecit, quòd extraxit ferrum vnum á quodam qui fuerat in pectore vulneratus per annum.

De circunstantijs suis. Cap. 6.

ITem exeunte vna ex ianuis positæ in occidẽte est vnus fons calidissimus cuius aqua dicitur confortare, & corroborare stomachum.

Item extra ab Oriente per spacium vnius iactus lapidis est quidam fons, cuius aqua iuuatiua est omni dolori dentium.

Item ab Occidente parum distans alius scaturit fons ferentis aquę ex qua matronę cum cinere faciunt colatam sine igne, & in dicta aqua ouа dicuntur coquere, & castaneas. Et est multum iuuatiua capiti, & oculis, ructurisque eorum & alijs passionibus.

Item adhuc in Occidente per spacium ictus vnius balistæ vbi vocatur, Sinagalla est aqua quæ iuuat iuncturis. Et vniuersaliter cuilibet dolori manuum, pedum, & ancharũ, & omnium aliorum membrorum. Et aqua dicti lauacri est clara, dulcis: splendida, atque transparens.

De Su-

De Sudatorio del cocto. *Cap.* 7.

NON dimittamus illud Sudatorium casæ Niczulæ dictum del cocto inuentum per vetulam in sua possessione, quod ipsam sanauit de fractione in suis tibijs, & multum iuuat artheticis, & neruis valens ad inflationem ventris, & splenem.

De balneo dimidiæ viæ. *Cap.* 8.

BAlneum de Meza via dictum, iuxtà præfatum lauacrum vocatur de lignis, & mollificat neruos, sanat scabiem in omni membro, dicitur conferre impregnationi valet dolori capitis, & stomachi, stringit lacrymas, restaurat visum prodest vomitui, dissoluit phlegma tollit rigorem homini purgato.

De balneo cytharæ. *Cap.* 9.

HOC balneum à præfato parum distans, valet spasmo, frenesi, thenasmoni, valet etiam mulieribus sterilibus ad concipiendum omniumq; dolori capitis, valet frigori, & maximè quartanæ. Et vt referunt, hominibus facit habundare sperma, mulieribus vero lac.

De balneo Vlmitellæ, vel Doyani. *Cap.* 10.

BAlneum Doyani modo dictum de Vlmitella est aqua dulcissima, calida, & clara, valet gutte frigidæ, strictura cannę, & rugitui stomachi atq; thenasmoni vitio lapidis, & dolori iliorum lippitudini oculorum, malitiæ hanelitus, splenericis ex vitio quartanæ, leprosis pulsurę cordis, omniqne vitio phlegmatis, & pulmonis.

De balneo Succellarij. *Cap.* 11.

HOC balneum de Succellario verè dicitur Cellarium balneorum: cuius aqua est dulcissima, & clara mul-

tum, valet omni vitio veſicæ, & thenaſmoni, ardoreſque, ac ſtricturas diſſoluit, egritudineſque tertianarum interpollatarum, & cotidianarum venientes ex cauſis frigidis reſoluit & corpus facit gaudioſum, ſcabiem abſtergit capillos facit claros, & paruos vrgentes facies mulierum ex ſanguine ſcilicet melanconico diſſoluit & abſtergit.

De Balneo Plagę Romanæ. *Cap.* 12.

HOC balneum quod eſt in plaga Romana propè ciuitatem Aenariæ eſt aqua clara, ac ferruginoſa valens ad phlegma ſalſum, ſanguinem, ac pruritum oculorum tollit, lacrymas ſtringit, & oculos reſtaurat, purgat choleram, valet debilitati cordis, ac ſtricturæ pectoris, & canne pulmonis. Confert tuſsi, capillos cadentes acapite refirmat. & ructuras, pruritumque thibiarum, ac aliorum membrorum mirabiliter ſanat.

De Balneo Nitroſo. *Cap.* 13.

HOC lauachrum nitroſum dictum in eadem exiſtens plaga eſt aqua calidiſsima valens ſcabiei, & pluritui ex phlegmate, & cholera nigra ſeu melãcolia, ac doloribus renum & matricis, conſtipatos iuuat, atque conſumptos thuſsique & reumati, & omni vitio pectoris.

De Balneis Saxorum. *Cap.* 14.

BAlnea Saxorum duo ſunt, quorum vnum eſt inter ſaxa, valens ad omnem guttam frigidam, & aliud propè littus maris valens ad omnem guttam calidam.

FINIS.

ALCADINI ELOGIVM.

ALCADINVS filius Garsini Siracusani missus Salernum studiorum causa, ob ingenij præstantiam breui, admodum tempore tantum profecit in philosophia, ac medicina; vt publicè in eadem vrbem summa cum laude has scientias profiteretur, vnde tantùm nominis sibi comparauit & tam celebris medicus euasit, vt quilibet ex principibus viris illum apud se habere maximè cuperet. Henricus Sextus in Neapolitanum Regnum veniens, morboque oppressus, & ab Alcadino curatus in pristinam sanitatem è restitutus, hanc ob causam fuit apud Imperatorum magni nominis Alcadinus multis opibus, & muneribus auctus: mortuo Henrico dedit operam Federico Secundo Henrici filio, cuius rogatu scripsit de Balneis Puteolanis, idque metro, vt magis oblectaret Imperatorem lectione carminis, cum poesi Federicus admodum delectaretur, vniuscuiusq; balnei vires duodecem versibus celebrauit, imitatus Democratem, Philonem, Nicandrum, Quintum Serenum, Andromachum, & alios, qui rem medicinam metro complexi fuere, vt refert Galenus lib. de Ther. & lib. 1. & 5. de compos. Floruit nobilissimus hic medicus, ac poeta anno Christi 1191. excessit annos natus quinquaginta duos.

DE

DE BALNEIS PVTEOLANIS ET BAIANIS,

Metro ab Alcadino, Eustasio, & Francisco Lombardo conscriptis.

Alcadinus.

Inter opes operum Deus est laudandus in illis,
In quibus humanæ deficit artis opus.
Res satis est dictu mirabilis, horrida visu,
A Phlegethontæo prouenit amne salus.
Nam, quę defunctos aqua feruens vrit in imis,
Hæc eadem nobis missa ministrat opem.
Cætera cùm fictis curentur regna syrupis,
Balnea, quæ curant Terra laboris habet.
Vos igitur, quibus est nullius gutta metalli,
Quęrite, quæ gratis auxilientur aquas.
Quarum virtutes, & nomina maxime Cæsar,
Præsens pro mira laude libellus habet.

De Sudatorio Sancti Germani.

*lege huic sudatoria dicta.

Absque liquore domus,* bene sudatoria dicta est,
Nam solo patiens aere sudat homo.
Ante domum lacus est ranis, plenusq; colubris,
Nec fera, nec pisces inueniuntur ibi.
Ingreditur, si quis paruæ tectudinis vmbram,
More niuis tactæ corpore sole madent.
Euacuat chymos, leue corpus reddit, in ipso
Quouis apposita est vase, tepescit aqua
Hęc aqua languentes restaurat, et ilia sanat,
Vlcera deficcat sub cute, si qua latent.
Hac re Germanus Capuæ caput, æde repertum
Ad sacra Pascasi pascua te retulit.

De Bulla Sudatoria.

Est aqua quæ bullit, quæ ex hoc bene Bulla vocatur
Humani quantum Bulla timoris habet.

Vt rogus inſpirat ſaxis crepitantibus intus,
Sic locus, ignito corda fragore mouet.
Quam metuenda magis, tanto magis vtilis ægris,
Si ſtudeant in ea ſæpè lauare caput.
Et ſi fortè carent, quò poſſint membra lauari,
Alterius curent ſumere fontis aquam,
Hęc virtute loci præſtat calefacta ſalutem,
Luminis antidotum, ſeu medicina potens.
Hęc caput emundat, matricem purgat, & inguen
Liberat, & ſplenem purgat, & ipſa iecur.
Sic locus inuito frigore corda mouet.

De Aſtruno.

Dentibus á Strunis prodeſt, quos rheuma relaxat,
* Faucibus ad ſolitum, ſi cadat vua locum
Faucibus apta ſatis, branchos ex rheumate paſsis,
Et læſis oculis hæc aqua præſtat opem.
Pulmonem recreat, quem tuſsis cauſa fatigat:
Inflammat corpus, cui dominatur aqua.
Incitat os dapibus, ſtomachi faſtidia tollit,
In multis aufert rheumatos omne malum.
Pigritiem tollit membrorum, pectora lenit,
Vocis ad obſequium pectoris aptat iter.
Sępius vnde ſolet multis occaſio naſci,
Ne fluat á ſummo vertice, phlegma vetat.

* in V. C Hoc redit

De Baln. foris cryptæ.

Lympha foris Cryptæ iuxtà maris edita litus,
A ſtomacho pellit debilitatis onus.
Sed nocet hydropicis, cùm ſit dulciſsima potu,
Vim conſumendi non habet, inde nocet.
Leniter ignitos aſſueta refrigerat artus,
Pulmonem læſum ſanat, & inde iecur.
Pectoris antidotum, tuſsi medicamen amicum,
Deſiccata febris caumate membra rigat.
Ipſa per occultos telluris ducta meatus,
Subuenit ægrotis, eſt quibus ęgra cutis.
Vt dicunt veteres (ſatis eſt mirabile dictu)
Ipſa foris Cryptæ Bulla miniſtrat aquam.

De

De Baln. Iuncariæ.

Balnea* Iuncariæ quæ ſunt in littore ponti,
Proſunt conſumptis, ni ſit aduſta cutis.
Pectoris amiſſas reparant in corpore vires,
Lætificant animos, gaudia ſumpta fouent.
Quę veniunt per ſe, mentis ſuſpiria tollunt,
Et faciunt alacres* in muliere viros.
Efficiunt veneris rectes ad prælia fortes,
Confortant ſtomachum, lumina læſa iuuant.
Quas hominum cætus febres interpolat vſus
* Anni hilant, nec non triſte medentur hepar.
Talibus vſus aquis diſcrimina nulla timebit,
Quæ quandoque ſolent extenuare cutim.

* in alio Cod. Iuncaræ.

* lego, ad melora viros.

* ex V.C. ſunt hi duo Carmina.

De Baln. Orthodonico.

Hæc manet abſconſo telluris lympha meatu
Hanc via ſub terris plena timoris habet.
Tu caue ne ſubeas thermas ſpirantibus Auſtris
Ne calor incluſus ſit tibi cauſa necis
Hęc aqua mira nimis conſumptis eſt bona valde,
Reſtaurat corpus nobilis vſus aquæ.
Infirmos ſicubi febris tenouauerit artus,
Et putat extremam triſtis adeſſe diem.
Has ſidens intrabit aquas, & ſæpe frequentans,
Sentiet in robur ſe redijſſe vetus.
Phthiſis, ephemerinę febres, & nauſea turpis.
Pellitur his thermis, hectica victa fugit.

De Aqua Sulfurea.

Sulfureos ſumos mittentia Balnea, neruos
Mollificant, ſcabiem, membraq; ſcabra nouant.
Hæc aqua fœcundat ſteriles, ſtomachique dolorem
Deſtruit, ac capitis, ſtringit aquam ex oculis.
Eſt vomitum cogens, oculos bene reddit acutos,
Pituitam ſoluit, frigora febre fugat.

Præſer-

Præsertim si præueniat purgatio trina,
Securè intrabis corpora pura etenim,
Quam semel accipiunt, seruant sine labe salutem,
Balnea ne culpes, quouè modo hæc oleant.
Effectum virtutis ama, maresq; medela
Quam fugiunt, morbos corpore sępè fugat

De Baln. Scrofæ.

Has dictas aiunt Scrofę de nomine thermas.
Scrofula, quod fœtens tollitur hic subito.
Vel quia tum primum vis est deprehensa lauacri,
Cum scrofa his sese languida lauit aquis.
Pellitur, & morbus, qui sumpsit ab impete nomen,
Si fuit à salso phlegmate causa mali,
Hæ thermæ scabiem infestam, lepramq; fugabunt,
Prosunt articulis, proficiunt podagræ.
Ventribus, & prosunt plenis intercute lympha,
Cùm tumet Ascites, & graue sentit onus.
Harum ope qui sanus fuerit, cauet omne legumen,
Prouidus hic idem salgama cuncta fugit.

De Baln. Arculi, seu S. Mariæ.

Qui breue nomen habet, magnę virtutis habetur
Arculus, à flammis, quod calet, arcet hepar.
Rheumatis, & stomachi vitium de corpore tollit,
Liberat á multa frigiditate caput.
Hic ægris oculis medicamina fida ministrat,
Arculæ, cedit triste papauer aquę.
Et si forte fugit uigilantia lumina somnus,
Arculus aduecto membra sopore fouet.
Balnea quòd Trituli, quòd Culmæ lympha ministrat,
Arculus in multis hoc operatur idem.
Quamuis inter aquas Trituli sit gratior vnda,
Consulo ne dubites hoc breuiore frui.

De Baln. S. Crucis.

Confortat neruos flatus expellit ab ipsis
* Ilibus, hæc sanat fida medela latus.

* ilib⁹ hoc casu vtitur Iuuenal. & Lucans lib. 4.

Prodest

Prodeſt hydropiſi, quæ fit ex phlegmate craſſo.
Conſumitque cauum, ſplene tumente, iecur.
Proficit, & ventri, ſi quando hypochondria laſſant,
Inſita ſeu neruis frigida gutta nocet.
Vidi ego cui fuerat quondam manus arida dextra,
Nec poterat poſitos tollere ad ora cibos.
Viribus huius aquę paruo poſt tempore ſanam,
Huc illuc lętum vertere ſæpe manum.

De Baln. Olij Petrolij.

Non procul à Culma locus eſt, qui fundit oliuum,
Fons hic, & multum commoditatis habet.
Veſicam curat quoties vrina negatur,
Nulla poteſt melior renibus eſſe ſalus.
Si lapides vllos, ſeu ſi patiantur arenam,
Quælibet á morbo membra grauata iuuat.
Non opus eſt intrare ſemel, nam balnea quantò.
Quis magis ingreditur, tum magis ipſa iuuant.
Quin etiam lepras, genus hoc ſerpiginis omne.
Tollit & à ſtomacho phlegmata ſalſa fugat.
Extinguit bilim, groſſos ſubtiliat artus,
Exhilarat mæſtos, cor bene reddit ouans.
Noxia de gelidis depellit frigora membris,
Omnia lætantur membra vigore ſuo.
Cuiuſcunque genas nigra ſi Morphea notabit.
Hæc aqua rugoſas delet ab ore notas.
Virtutem fontis demonſtrat nomen oliui,
Hoc oleum præſtat, quod petra ſudat aquis.

De Baln. Culmæ.

Inter aquas alias mirabile Culma lauacrum,
Cuius ad acceſſum non via recta patet.
Ipſe per obliquum mon tis conſcendis undas,
Moſtrat iter dubium prquia flamma tibi.
Si nequeat clauſis ſudare meatibus æger,
Sudores intus prouocat unda latens.

Si

Si neruos pituita grauat cùm fortè moleſta,
Præſentem huc intrans ſentiet æger opem.
Luminibus lumen reddit, veſtigia claudis,
Paſsio ni fuerit inueterata diu.
Rem loquimur certam, non eſt incognita multis,
Culma nocet ſanis, morbida membra iuuat.
Hanc igitur caueat qui non eget arte medendi,
Quam qui fortè petit vitet inamne moram.

De Baln. Solis, & Lunæ.

Vt Sol illuſtrat radijs fulgentibus orbem,
Et vegetat ſplendens lumine cuncta ſuo,
Vtq; inter ſtellas reſplendet ſola mineres,
Et tenebras noctis candida Luna fugat.
Balnea ſic Lunæ, & Solis diſcrimina morbi,
Tollunt, & vitæ lumina reſtituunt.
Vincere quam ſolers neſcit medicina podagram
Hanc calidæ norunt vincere Solis aquæ.
Norunt occultum membris educere ferrum,
Menſtruaq;, & venas ſiſtere prima queunt.
Vulnera conſolidant, his turpe fiſtula cedit,
Quam vix vlla artis vincere cura poteſt.

De Baln. Gibboroſi.

Eſt aqua mirandi nimium noua dicta lauacri,
Gibroſum proprio nomine nomen habet.
Pænè per octo gradus patiens deſcendit adundam,
Circuit inter aquas per latus omne gradus.
Ilia componit, prohi betq; dolore matricem,
Sanguineos fluxus in muliere vetat.
Dicitur & duros mirè mollire lacertos,
Et caput, & ſcapulas ad ſua iura trahit.
Diſijcit, & lapides, ſi quos veſica recepit,
Depoſitoq; æger pondere lætus abit
Renibus illa pilos, illa & deducit arenas,
Atque inter vrinæ recte aperire ſolet.

De Baln. Braculæ.

Bracula Baeunas inter celeberrima nymphas,
Euboicas medicis viribus ornat aquas,
Faucibus antidotum bene confert Bracula craſsis,
Et vox ſi fuerit rauca, fit apta ſono.
Si patitur capitis puppis, vel prora dolorem,
Si dolet oppreſſum ſplene tumente iecur.
Siq; caligo diem noctis germana minorat,
Omnibus his vitiis Bracula præſtat opem,
Quartanam perimit, nec non necat amphimerinen.
Hic intermiſſe febris origo perit.
Vos igitur quibus eſt odioſa planetica febris,
Huius, ſi ſapitis, quærite fontis aquam.

De Baln. Speluncę.

Vltima thermarum laudes Spelunca meretur,
Cuius aqua poterit ſimplice nemo frui.
In genio faciente modum capit vnda calorem,
Sic intrabit aquas ingenioſus homo.
Cuiuſcunque velis perimit ſymptomata guttæ,
Hic fugit hydropiſis tuſsis iniqua perit.
Vt Galenus ait, drachmas ſi quinque calentis
Quiſquam quotidie ſumere curet aquæ.
Et ſuper,& ſubtus, quæ ſunt diaphragma medetur,
Rheumatos excludit quod nocet omne genus.
Non domus horroris, non eſt ſpelunca latronum,
Crypta ſalutarem continet intus aquam.

Scripſit

Scripſit alia opera Alcadinus Carmine, vt ex hoc Epigr. ad Federicum Cæſarem apparet.

Suſcipe Sol mundi tibi quem tranſmitto libellum,
De tribus ad Dominum tertius iſte venit.
Primus habet partes ciuilis in arte triumphi,
Mira Federici geſta ſecundus habet.
Tam loca, quàm vires, quàm nomina penè ſepulta
Tertius orbatas iſte reformat aquas.
Cęſaris ad laudem tres ſcripſimus ecce libellos,
Firmius eſt verbum, quod ſtat in ore trium
Si vacat annales veterum lege Cæſar auorum,
Pauper in Auguſto nemo poeta fuit.
Iuboici vatis Cæſar reminiſcere veſtri,
Vt poſsit nati ſcribere facta tui.

EVSTACHII ELOGIVM.

EVSTACHIVS, siue Eustasius Materanus floruit anno Domini 1285. Regnante Neap. Carolo Secundo, cum esset medicus scripsit & ipse de balneis, eorumque virtute carmine incompto & languido, vt facilè quiuis iudicare potest, in medica tamen facultate fuit celebris, & multi nominis, scripsit admodum docte & facile methodo de natura & temperie hominis.

EVSTASII DE MATERA VERSVS.

De Balneolo, seu Balneo plagę.

INter aquas pelagi propè littus sub pede rupis,
Magnus in effectu fons breue nomen habet.
Balneolum dictum, tantæ virtutis amicum,
Vt patiens illic sentiat esse Deum.
Nam morbo quocunque dolet, seu rheumate quouis,
* Lotus aqua tali tempore liber abit.
Et caput, & stomachum, renes, & cætera membra
Confortat, tepidam si renoabis aquam
Hæc prodest oculis, oculorum nube fugata,
Consumptos reficit, quos tenet ægra fames.
* Materiamq. rudem consumit, & amphimerinen,
* Hoc genus plus alijs Parthenopensis amat.

* melius de morbo quocunque doles, seu caumate quouis, lotus aqua tali corpore liber eris.

De Balneo Petræ.

Cui petra dat nomen, mirum reor esse lauacrum,
Quòd lapidem posit frangere, nomen habet.
Infestos capiti solet hoc arcere dolores
Auribus auditum præstat, & addit opem.
Lumina detergit nebulis maculosa fugatis,
Pectoris, & cordis esse medela potest.
Vesicas aperit, renes expurgat arena,
Interiora lauat potus & huius aquæ.
Quamplures vidi calidam potare petrosos,
Queis vrina fuit post lapidosa satis.
Vos igitur, quibus est durus, cùm pondere venter,
* Assiduus talis liberat vsus aquæ.

* in alio cod. Consumitq; tritæi hylen, ac amphimerinem.

* lege, vt eruditiss. Lõbardus aduertit. Plus alijs hoc gens Parthenopæa fouet.

De Baln. subueni Homini.

Ex re nomen habet lauacrum, quod subuenit ægris,
Nominis effectum gaudet habere sui.
Purgat Pulmonem, deponit pondera splenis,
Depurat tumidum certa medela iecur,

* in V. C. Liberat assiduè potio talis aquę

Tri-

Triſtitię cauſam gelido de pectore tollit,
*ex V. C. tumores. * Humores ventris leniter vnda leuat.
Defectum ſtomachi tollit, confortat, & ipſum,
Vt ſolito ſolitas appetat ore dapes.
*in V. C. vt datur articulis ſę pe petita quies. Vocem clarificat, genus omne doloris, & aufert,
Talis amatores conuocat vnda ſuos.
Hic etiam deponit onus longęua podagra,
* Hic datur articulis inducta quies.

De Baln. S. Anaſtaſiæ.

Balnea præterea, ſeu Naſteſiæ lauacrum
Viribus humanis commoda multa facit.
*in V. C igniti. Corporis * ægroti recreatos efficit artus,
Virtutes etiam corporis vnda nouat.
Res miranda quidem, quicunque cauabit arenam,
In medio foſſæ feruida manat aqua.
*lego, languenti. Illa recens in fonte ſuo ſymptomata tollit,
* Languidus ardorem ſi patiatur aquę.
*ex V. C. ſũt hi duo Carmina. * Fonte relicta ſuo nihil affert vtilitatis,
* Hæc eadem prodeſt frigida facta parum.
Qui petit ergo ſuo bene de languore leuari,
Sentiet auxilium, ſi renouabit aquam.

De Baln. Cantarello.

Inter aquas pelagi feruens aqua manat, & ipſa
Ne fluat ad pontum ſectile claudit opus.
Cùm mare feruescit, locus oppugnatur ab vndis,
Vix poterit quiſquam hunc ager adire locum.
Cantarus humana fruitur virtute medendi,
Nam plagas veteres, conſolidatque nouas.
Vlcera qui patitur cutis ex humoribus extra,
Cantarus abſtergit, lumina clara facit.
Sanguinis obturat venam quocunque fluentem,
Subuenit articulis, fit medicina pedum
Vtilis ad febres, & frigora, ſed tamen huius
Vſus aquę lar[illegible] continuatus obeſt.

De

De Baln. Prati.

Est lauacrum á vulgo Prati cognomine dictum,
Creditur à multis hoc Ciceronis opus.
Est via difficilis, quæ ducit ad inferiora,
In quibus inueniet, quam petit æger, aquam.
Hæc bene visceribus fertur conferre molestis,
Alleuat hęc corpus, quod grauat humor iners,
Dicunt, & duros mirè mollire lacertos,
Et caput, & spatulas, ad iura sua trahit.
Detergit lippos oculos, ac vlcera magnam
In toto pariter corpore præstat opem.
In sudore madens fugiat pro tempore frigus,
Nec potum sumat, dum sua membra calent.

De Baln. Tripergulæ, seu Veteri.

*Est locus australis, quo portam Christus Auerni
*Fregit, & eduxit mortuus inde suos.
Hæc domus est triplex, hinc iure Tripergula dicta,
Vna capit vestes, altera seruat aquam,
Vtilis vndatis multum sudantibus, aufert
Defectum mentis, cum grauitate pedum.
Hæc stomachi varias facit *absentare querelas,
Flebile de toto corpore tollit onus.
Debilis, atque piger, quibus est non multa facultas
Consulimus tali vt sæpè fruatur aqua.
Huius amator aquæ symptomata nulla timebit,
Incolumi semper corpore lætus erit.

* in V. C. Est locus effregit, quo portas Christus Auerni, Et sãctos traxit lucidus indepatres

* in V. C. releuare.

De Baln. Calaturæ.

Pulmoni solidam dat Calatura quietem,
Inde fugat tussim, quam graue rheuma parat,
Hęc stomacho vires reparat, vim prębet edendi
Sępius absumptas decoquit illa dapes:

Deterget faciem, mentem corroborat, & cor
Letificat, turpes radit ab ore notas
Formidat quicumque phthisim cum tusse paratam,
Vt timor abscedat, sępius inter aquam.
Inueterata suis sicut radicibus arbor
Nequaquam poterit absque labore capi,
Non aliter veteris serpentia semina morbi
Possunt euelli qualibet arte simul.

*ex V. C. tumores.

*in V. C. vt datur articulis sę pe petita quies.

De Baln. Arcus.

Dulce satis lauacrum, quod nomen sumpsit ab arcu,
Virtutem magnæ commoditatis habet.
Hæc aqua consumptos restaurat corporis artus,
Corpus fortificans, arida membra rigat.
Si quis in extremis patitur, festinet ad vndam,
Omnia, ne dubites, interiora iuuat.
Non tamen hic prodest, tumidi quos sarcina ventris
Aggrauat, atque dolet spiene tumente iecur.
Rem liquet expertam, proprio quam lumine vidi,
Teste mihi populo, quę scio verba loquor.
Vidi consumpto tantùm cum pelle relicto,
Tempore non longa restituisse cutim.

*in V. C igniti.

*lego, languenti.

*ex V. C. sũt hi duo Carmina.

De Baln. Rainerij.

Balnea, quę lymphisiam corpora putrida radunt,
Et quorum salsi phlegmatos, hostis aqua est.
Si sanie, aut scabie pressus, celer illa subintret,
A scabie quauis exteriora lauant.
Infectam mundare cutim quicunque laboras.
Vtere Ranerio, nam citò sanus eris.
Non tamen incurras iterum discrimina morbi,
Terribilis Trituli sanus adibis aquas.
Vidi quàmplures hoc fastidire lauacrum,
Fecerat hoc hominum pingue putredo putens
Raneri seruiunt aquis à qua turgida stagnis,
Felix qui pingues euacuabit aquas.

De

De Baln. ſub Cellario.

Eſt Subcellarium lauacrum, quod conuenit ęgris,
Lucida quo multùm, dulcis, & vnda fluit.
Pondus, & ardorem veſicę tollit ab ægris,
Dentes, gingiuas mundificatque citò.
Prouocat urinam, quoque labra dolentia ſanat,
Pellitur hac vnda triſtis arena ſtatim.
Paſſus in æſtate quartanam, aut quotidianam,
Aut tepidas febres ſentiet eius opem.
Pulmonis, iecoris vitio, ſplenisque medetur,
Tuſsis ab hoc lauacrum pectore pulſa fugit.
Appetit, & ſtomachus iſta perlotus in vnda,
Non bene coactus redditur inde cibus,
* Lentigo, ſcabies, faciei turpis imago
* Hac curantur aqua, quando lauantur ibi.
* Reddit prolixos, & claros ipſa capillos,
* Et totum corpus exhilarando iuuat.

* hi quatuor verſus non leguntur in V.C.

De Baln. Ferri.

Ante domum vatis locus eſt propè littus Auerni,
Grande ruinoſum pręminet artis opus.
Hoc lauacrum ſpumam mittit ferruginis inſtar,
Dicitur vmbroſa (ſed procul vmbra) domus.
* Si quis hemicraneum patitur quandoq; dolorem,
Siue ſupercilij, hanc ſæpius intret aquam.
Cùm vitio capitis nubem caliginis aufert,
Tollitur ex oculis ſanguis, ab ore ſonus.
Si quis aquæ talis vires cognoſceret æger,
Collyrio nunquam læſus haberet opus,
Pannoſos oculos ſyncerat, & effetat aures,
Congaudet capiti cellula trina ſuo.

* Lombardus legit quis ſi nemicranum

De Baln. Palumbario.

Crypta palumbaris fertur, quia grata palumbis,
Vel quoniam umbis fertur obeſſe parum.

Vnde

Vnde Palumbaris læſos cum vertice renes
Sanat, & vrinę ſumpta recludit iter.
Ex oculis nebulas, & ab auribus excutit euros,
Tollit cardiacen, arthriticosq; fugat.
Et maiora facit, ſi ſcis ſeruare diætam,
A ſalſis caueas, frigida quæq; fuge.
Algentis vitabis aquæ tu ſumere potum,
Vtere lymphato, quod parit vua mero.
Crede mihi quòd aqua hæc faciet, quodcunq; ſyrupi
(Si bene ſeruetur ſola dicta) facit.

De Baln. Saluianæ.

Salua diua parens inuenit fortè lauacrum,
De proprio nomen nomine credo trahens.
Hæc aqua matrices quouis humore grauatas
Purgat, & has ſteriles fructificare facit.
Meſtrua ſi forſan fugiant, inuita redibunt,
Et facit hoc lauacrum, ne ſine lege fluant.
Quos patitur matrix caſus, hæc temperat, ægra
Vnde quæri poſſet fęmina, cauſa perit.
Vos igitur ſteriles, moueat ſi gratia prolis,
Ni vetet annoſi temporis ægra quies.
Tam vir, quàm mulier te ſaluia grata frequentent,
Officio exibit aptus vterque ſuo.

De Baln. S. Georgij.

Eſt aqua quæ poterit niſi flaminis indice haberi,
Nam via ſub terris plena timore latet.
Quantùm mens dubia hoc timet ingredi dō lauacrū,
Mirifice tantum lęta requirit aquam.
Hæc frangit lapidem, ac vrinam ſoluit ad vſum,
Arcet, & in multis articulare malum.
Sciſſaq; ſi crura, aut ſi pes, ſi brachia, ſi frons
Aegrotant, * ſanctis his relevantur aquis.
Hoc bene conſeſſor, cùm quidam mingere vellet,
Euomuit lapides virga coacta duos.

* in V. C. ſumptis.

De

De Baln. Pugilli.

Cùm Maris vnda tumet, tantùm vacat vnda Pugilli,
* Pro ſtatione loci tum breue nomen habet.
Eſt inter obliquum, paruam quod ducit ad vndam,
Vix hominum ſeptem creditur eſſe capax.
Ani tollit onus, ventrem ceſſare ſolutum.
Cogit, & hydropicos attenuare poteſt.
Si patitur cum ſplene caput, ſi frigore corpus
* Ferbuerit, certam ſentiet æger opem.
Quid de te referam nimis admirande Pugillæ?
Quod proprio vidi lumine, teſtor ego.
Aridus vſus aqua hac, gerulis adductus amicis,
Diſceſsit ſanus, non ope veſtis egens.

* in alio Cod. pro breuitate.

* melius ſe brierit.

De Baln. Solis, & Lunæ.

Cæſaris eſt lauacrum, quod Sol, & Luna vocatur,
Vt ſterilis Sol, ſic prævalet iſtud aquis.
Aufert omne genus podagrę, cunctoſque dolores,
Fiſtola ni violet viribus oſſa ſuis.
Subuenit antiquæ podagrę regale lauacrum,
Ni faciat fractos inueterata pedes.
Sed tamen ingnorat ſic vbi tam nobilis vnda,
Obruit antiqua hunc fortè ruina locum.
Vos igitur quos longa dies faſtidit, & ętas,
Qui ſcitis longi temporis acta ſenes:
Demonſtrate locum, qui Sol, & Luna vocatur,
Vtilis á multis ędificandus erit.

De Baln. Fontis Epiſcopi.

Nomine fons tali fruitur, quod Epiſcopat ægris,
* Vel quia Prælatus tale refecit opus.
Arthriticis prodeſt, tollit genus omne podagræ,
Hoc habet expertum Pontificale decus.
Et quia Prælatis requies nocet, atque paratus,
Torquentur magno ſæpe dolore pedum.

Lombardus ſic legit, vel qa Pontificis cura refecit opus.

Cùm

Cùm conſtipatus cibus intercluditur intus.
Inde dolent ventres, ilia tenſa crepant.
Si tales ergo tibi vis lenire dolores,
Pontificis fontem vade require celer.

De Baln. Trituli.

Eſt locus antiqua teſtudine ductus in altum,
Rupe ſub ingenti celte cauata domus.
Quæ plena eſt hominum formis ex arte paratis,
Ad quid aquę ualeant quæque figura notat.
Res miranda ſatis, ſatis eſt horrenda quę dictu,
Huc veniente die mittitur vnda ſemel.
Hęc eadem partim primùm petit æquora, partim
Extenuata fluens refluit vnde venit,
Si quis hęc quam olim * Bethſaida venerat, anno
Quæ ſemel infirmis mota terebat opem.
Hæc nam quotidie multis aqua ſubuenit ęgris,
Rheuma fugat, ſtomachum roborat, atque caput.
Liberat hydropicos, hic omnis gutta fugatur,
Phlegmaticis prodeſt, febricitare vetat.

* Bethſaida, ſeu Bethęſda, innuit locum Piſcinæ ꝓbaticæ hebręorum, quæ ſicut ſcriptum reliquit nobis dilectꝰ Apoſtolus Ioannes, ſanabat ſemel in anno omnes infirmitates.

FRANCISCI LOMBARDI NEAPOLITANI.

ELOGIVM.

FRANCISCVS Lombardus Neapoli ex honestis quidem parentibus ortus cùm animum Græcis, Latinisque litteris, humanioribusq; præceptis imbuerit, philosophiæ, ac medicinæ adeo exquisitam nauauit operam, vt & diligentia, & ingenij acumine εἰς τὸ ἄκρον, vt aiunt studiorum, earumque disciplinarum deueniret, & facilè omnes antecellens primas in disputationibus haberet. Vt suis tandem & consanguineis, & amicis morem gereret (eo sanè ingenio præditus erat) se doctoratus insignibus magna cum omnium admiratione exornauit. Cùm vero optimè perspexerit præstare, animabus mederi, quàm corporibus, se sacræ Theologiæ studijs dedidit, ac breui singulari sapientia vir euasit: cumque ad tantum dignitatis gradum ascenderit, posthabita rerum humanarum cura, diuinarum amore verè, vehementerque flagrare cœpit, seque sacerdotio insigniuit. Ob vitæ vero integritatem, summamque doctrinam Seripandi Cardinalis amplissimi, doctissimique beneuolentiam comparauit, eique valde charus fuit, magnisque pollicitationibus ad eũ se contulit, moxque Neapolitani Archiepiscopatus Canonicus creatus est. Cum eo postea ad Tridentinum Concilium, in quo non mediocres laudes consequutus est, se recepit. Reuersus autem Neapolim tantus Cardinalis morbo correptus diem obijt, & Franciscum maximo affectum dolore reliquit. Hic vero vix lacrymis parcens (tanta est mutuę beneuolentię vis) mansuetioribus musis operã dedit multosq; annos ijs inuigilans studijs exegit. Scripsit doctissime

simè cõplura opera, quæ F. Angelus Rocca in sua Bibliotheca annotauit, interq; ea de Balneis Puteolanis opus aureũ, Commentarijs prosequutus veterem librum, qui fortè in manus incident, ἀδέσποτον de Balneis Puteolanis, illustrauitq; scholijs, lepidissimisq; epigrammatis, Alcadinum, & Eustachium imitatus consperſit. Viuat sæcula uir hic celeberrimus, sanè quam doctrinæ, vitæq; speculum, & exemplum, Christianæ fidei inconcussum propugnaculum, acerrimumq; prauitatis hæreticæ flagellum eumq; Deus Opt. Max. ad excelsum dignitatis gradum euehat, fortunet, atque beet.

FRANCISCI LOMBARDI NEAPOLITANI.

De Baln. Fontanæ.

Fert somnum, ventrem reddit fluxumq; saporem
Conciliat pueris, lac citò multiplicat.
Saxea mollificat, renes expurgat arena,
Cuncta lauacra super, nausea fit procul hinc
Vesicam referat, lapidem frangitq; potenter,
Affectis podagra, vulneribusque nocet.

De Baln. Sancti Nicolai.

Infirmos refouet, consumptis præstat opemque
Confirmat stomachum, robur aqua hęc reparat.

De Balneo Sanctæ Luciæ.

Suffusos oculos purgat caligine, Christi
Virtute vt sanat Lucia diua oculos.
Auribus auditum præstat, sonitumque repellit,
Qui multos homines excruciare solet.
Mox iuncturarum tollit, capitisq; dolores,
Quandoque, & cęcis lumina restituit.

De Baln. Fati.

Confortat stomachum, viuacem reddit orexin,
Dat podagræ auxilium, nausea fit procul hinc.
Extrahit absconsum, atque latens in corpore ferrum,
Exilerat nimis hic omnia membra latex.

De Sudatorio Trituli.

Euacuat succos, stomacho, confertq; cerebro,
Rheuma grauans abigit, phlegma pigrumq; liquat.
Alleuiat corpus leni sudore, salutis
Hydropi, ac podagræ porrigit vsque manus.

De Baln. Feniculi.

Abstergit lippos, deficcat, & vlcera eorum,
Detergit maculam, lumina clara facit.

De

AENARIAE BALNEAE

De Balneo Furnelli. *Cap. I.*

Quartanæ confert, ſpleni, capitisque dolori
Subuenit, hydropi, phlegmaticæque febri.
Veſicam reſerat, lapidem peſtringit, harenas
Educit, prodeſt mirifice podagris
Omnia languentis ſtomachi faſtidia ſedat:
Furnelli à furni ſchemate nomen habet.

De Balnea Fontis. *Cap. II.*

Succurrit plagis, ferrum extrahit impete magno,
Pulmoni confert, hepatis atque malo,
Conſumptos reparat cito, prolongatque capillos,
Emundat ſcabiem, fragmina ab oſſe trahit.

De Baln. Caſtilionis. *Cap. III.*

Languentem reficit ſtomachum, vt bene concoquat, vrget,
Morphæam humano vultu, abigitque, lepram.
Viſum acuit, cor confortat, plagisque medetur.
Ventriculum ſoluit, prouocat vſque famem.

De Baln. Scrofæ, ſeu Speluncæ. *Cap. IIII.*

Aluum ſubducit, tuſsim, ac nephritida pellit,
Arthritin, chiragran, iſchiada, ac podagram.

De Baln. Gurgitelli. *Cap. V.*

Hepaticis prodeſt, à pſora purgat ὑπεξίν,
Prurigat, ferrum mirificeque trahit.

De

De Sudatorio Cocti. *Cap. VI.*

Confert affectis arthritide, pondera splenis
Aufert, inflatum ventriculumque premit.

De Baln. Dimidiæ viæ. *Cap. VII.*

Detergit scabiem, neruos mollescere cogit,
Fit procul hinc capitis, fit stomachique dolor,
Constringit lacrymas, vomitum, pellitque rigorem,
Phlegma liquat, grauidis est medicina potens.

De Baln. Citharæ. *Cap. VIII.*

Tenesmum, sterilem, curatque phrenitida, spasmo
Succurrit, capitis hinc dolor omnis abest.
Quartanam delet, mammis lac, testibus auget
Sperma uirûm. (Iuuenes quod faciunt hodie.)

De Baln. Vlmitellæ, uel Doyani. *Cap. IX.*

Arthritin pellit, lepram, stomachique rugitum,
Tenesmo prodest, iliacosque iuuat.
Spiritui, lippis, quartanæ subuenit, arctum
Dilatat guttur, diminuit lapidem.
Liene affectis, παλμῷ κραδίης ἠδ' ἰέτας
Præsto est pulmoni, è corpore phlegma fugat.

De Baln. Succellarij. *Cap. X.*

Tenesmo, intermittenti confertque τριταίῳ
Vesicæ prodest, phlegmaticæque febri.
Prolongat crines, & frigida membra resoluit,
Detergit uultum, & liberat á scabie.

De Baln. Plagæ Romanæ. *Cap.* XI.

Pituitę confert, ſalſus quam procreat humor,
Pruritum ex oculis tollere fama refert.
Lacrymulas cohibet, teneros confortat ocellos,
Expurgat bilem; pectora lęta facit.
Cordi imbecillo robur mirabile præſtat,
Gutturis amplificat, πνεύμονος atque ſinus.
Tuſsim ſedat; neue cadant firmatque capillos,
Pruritum, ac crurum fragmina ſanat aqua hęc.

De Baln. Nitroſi. *Cap.* XII.

Phlegmate pruritum fugat, aut ex bile μελαίνῃ
Nephritis, tuſsis, fit procul hinc ſcabies.
Ventriculum ſoluit, conſumptos recreat artus,
Subuenit hyſtericis, rheumaticisque malis.

De Baln. Saxorum. *Cap.* XIII.

Sunt duo: quorum unum gelidæ eſt medicina Podagrę;
Ἄλλο δὲ τῆς θερμῆς φάρμακον ἐλλόγιμον.

FINIS.

BALNEORVM PVTEOLORVM

PINAX.

BALN. S. Anastasiæ. cap. 10
Baln. Arcus 16
Bal. Arculi 22
Baln. Astrunis 3
Baln. Balneoli 6
Baln. Braculæ 38
Baln. Colaturæ 8
Baln. Cantarelli 13
Baln. S. Crucis 23
Baln. Culinæ 33
Bal. Fati 37
Baln. Ferri 25
Baln. Fœniculi 40
Baln Trituli 28
Baln. Fontanæ 14
Baln. Fontis Episcopi 36
Baln. Foris Cryptæ 4
Baln S. Georgij 30
Baln. Giborosi 35
Baln. Iuncariæ 5
Baln. S. Luciæ 21
Baln. S. Mariæ 22
Baln. S. Nicolai 19
Baln. Olei Petrolij 32
Baln. Orthodonici 11
Baln. Palumbarij 26
Baln. Petræ 7
Baln. Prati 15
Baln. Pugilli 31
Baln. Rainerij 17
Baln. Scrofæ 20
Baln. Saluianæ 27
Baln. Solis, & Lunę 34
Baln. Speluncę 39
Baln. Subueni homini 9
Baln. Sulfur. aquæ 12
Baln. Succellarij 24
Sudatorium Bullæ 2
Sudatorium S. Germani 1
Sudatorium Trituli 29
Baln. Tripergulæ 28

BALNEORVM PITHECVSARVM

ΠΙΝΑΚΙΔΙΟΝ.

BALN. Castilionis cap 3
Baln. Citharæ 8
Baln. Dimidiæ viæ 7
Baln. Doyani 9
Baln. Fontis 2
Baln. Furnelli 1
Baln. Gurgitelli 5
Baln. Nitrosi 12
Baln. Plagæ Romanæ 11
Baln. Scrofę, seu Spelunce 4
Baln. Saxorum 13
Baln. Succellarij 10
Sudatorium Cocti 6
Baln. Vlmitellæ 9

ELENCHVS MORBORVM, & affectuum, quibus Baln. Puteolorum simul, & Aenariæ prosunt, aut obsunt.

AD Alacritatem. Valet Balneum Iuncariæ. Succellarij, Balneũ Colaturæ Baln. de Fatis: Bal. Petrolij.

Amphimerinæ. Valet Bal. Plagę seu Balneolum Baln. de Bracula

Ano. Valet Balneum pugilli.

Ardori. Valet Balneum Succellarij. Sanctæ Anastasiæ.

Arthriticis. Valet Balneũ. Cãtarelli. Baln. Palumbariæ Balneum Fontis Episcopi Baln. Scrofæ & Trituli.

Artubus. Valet Balneum Foris Cryptæ & Balneum Sanctæ Anastasiæ ac Balneum Petrolij.

Articulis. Valet Bal. Subueni homini Bal. Cantarelli.

Auribus. Valet Bal. de Petra: Balneum Palumbariæ, & Sanctæ Luciæ.

BRachijs. Valet Balneum Sancti Georgij.

Branchis, Valet Balneum Astrunis.

CApillis. Valet Balneum Succellarij.

Capiti. Valet Sudatoriũ Tritu li: Balneũ Sulfatariæ Baln. de Bulla: Baln. Petræ Baln. Prati Bal. de Ferris: Baln. Pugilli: & Baln. Braculæ.

Cardiacis. ualet Bal Palũbrię

Cataractis. Valet Bal. S. Luciæ.

Chymis Baln. Sudatorij.

Cicatricibus. Valet Balneum Rainerij.

Claudis. Valet Bal. Culmæ.

Choleræ. Valet Baln. Petrolij.

Consumptis. Valet Balneum Iuncariæ Bal. Plagæ Baln. Arcus Baln. Orthodonici.

Cordi. Valet Baln. de Bulla: Balneum Petrę: Bal. Colaturæ ac etiam Bal. Petrolij

Corpori. Valet Bal. Sudatorij: Balneum de Bulla: Baln. S. Anastasiæ Bal. prati: Baln. Arcus Tripergulæ Rainerij

Crassis Artubus. Valet Baln.

Pe.

Bal. Arculi: Baln. Culmæ ac Baln. Trituli.

Sanguinis fluxui. Valet Baln. Cantarelli.

Saniosis. Valet Baln. Rainerij: Baln. Sulfatariæ.

Scabiei. Valet Sulfataria Bal. Rainerij, Succellari Scrofæ

Spatulis. Valet Bal. de Prato.

Scrofulis. Valet Bal. de Scrofa

Sensibus. Valet Bal Palūbariæ

Serpigini Valet Bal. Rainerij: Petrolij.

Sterilitati. Valet Bal. Sulfatariæ Bal. Saluianæ.

Symptomatibus. Valet Baln. Sancti Georgij.

Somno. Valet Baln. Arculi.

Spleni. Valet Baln. Subueni homini: Bal. Arcus: Bal. Pugilli: Bal. Succellarij: Baln. Braculæ: Sanctæ Crucis.

Stomacho. Valet Baln. Sulfatariæ: aſtrunis: Iuncariæ Bal. Foris Cryptæ, colaturæ Subueni homini: Baln. Tripergulæ Arculi Petrolij Succellarij, ac Sancti Nicolai.

Sudori. Valet Baln. Sudatorij: Bal. Tripergulæ, & Culmæ

Supercilijs. Valet Bal. de Ferris

Suſpirijs Valet Bal. Iuncariæ.

Tritæ Materiæ. Valet Bal. Plagæ.

Tortioni. Valet Ba Succellarij

Triſtitiæ. Valet Bal. Subueni homini: Bal. Petrolij.

Tumidis. Valet Baln. Subueni homini: & Bal. Arcus.

Tuſſi. Valet Bal. Aſtrunis Foris Cryptæ Colaturæ, Spelūcæ: & Succellarij.

Veneri. Valet Ba. Iūcariæ

Ventri. Valet Bal Subueni homini: Baln Arcus Pugilli, Baln. Crucis, Epiſcopi fons.

Veſſicæ Valet Bal. de Petra, ac Fontanæ: Bal.

Viſceribus. Valet Bal. de Prato

Vlceribus Valet Ba. Sudatorij

Voci Valet Bal. Aſtrunis: Balneum Subueni homini.

Vrinæ. Valet Bal. Succellarij: Bal. Petrę Braculę: Baln. Palumbariæ, ac Sancti Georgij efficacius.

Vomitui. Valet Bal. Succellarij

Vigilijs Valet Bal. Arculi ſeu Sanctæ Mariæ: Bal. Fōtanę.

FINIS.

Imprimatur. Brutus Farnet. Vic. Gen. Neap.
F. Petrus Robertus Theol. Archiep. Neap. Vidit